

Commentaria Super Matthaeū
Mgri Benedicti Hesse.

N. Inv. 1364.

I

Liber Benedicti Hesse de Cracovia Doct.

330

...mitto vobis Justum
sigillandum mittatis
...entes valete ...

liber benedicti hesse

Ascendens ihus in navicu(la)m, non in magna navi quod etiam attestatur eius humilitati et paupertati. Unde 2m Cris(ostomum) navigio transierat qui potuit sicco pede transire. Non sed eius voluit potentia(m) ondere in mirabilibus, nec in incarnationis negotio invisibilis. At cum homines lingua inde si ultra fecit potentiam sed voluit ea uti magis quam virtute gessit. Ideo etiam sub vehiculo navis transire noluit ut nos doceret navi et suffragio pruris uti in mari seculi huius ut civitatem celestem pervenimus. Hec enim navis pruris in civitatem celestem deducit. Ideo sequitur et venit in civitatem suam. Hanc autem civitatem magis frequentavit quam ... et miraculorum operatione quia sicut Aug(ustinus) erat quasi metropolis et insignior civitatis Galilee ubi plura

Et ascendens ihus in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Videns autem ihus fidem illorum dixit paralitico: Confide fili remittuntur tibi peccata tua.

Ostensa divina virtute super creaturas pure corporales et etiam super creaturam pure spirituales, hic ostenditur super compositam ex utraque scilicet hominem et hoc quantum ad animam et corpus in curatione paralitici. Ubi ostenditur primo fidem offerentium paraliticum, secundo actum divine potestatis circa illum scilicet eius curationem ibi videns autem ihus. 3o reverentia turbarum admirantium ibi videntes autem turbe. Primum insinuatur in oblatione paralitici, 2m in curatione oblati, 3m in declaratione miraculi. Dixit ergo

Et ascendens ihus in naviculam scilicet per navigium de terra Gerasenorum reduxit in Galilea(m) transfretavit de terra Gerasenorum et venit in civitatem suam scilicet Capharnaum quia ibi factum est hoc miraculum ut dicitur capitulo 2o. Unde glo(sa) Ne putes hanc esse Nazareth quia ca(pitulum) dicit hoc esse factum in Capharnaum. Sed quare Capharnaum dicitur civitas domini. Unde Cris(ostomus) alia quidem civitas eum attulit et in lucem duxit et hec erat Bethleem quia ibi natus fuit, alia nutrivit et hec erat Nazareth, altera diu inhabitantem habuit et hec erat Capharnaum quia ibi frequenter habitavit et de hac loquitur hic. Vel Capharnaum civitas domini dicebatur quia in principio sue predicationis multa miracula ibi fecit. Unde Luce 4 dicitur in synagoga in Nazareth dicebatur domino: Quanta audivimus facta in Capharnaum fac et hic in patria tua. Et ecce offerebant ei paraliticum ca(pitulum) 2 et Luce 5 plenius exprimitur modus offerendi ubi dicitur quod quatuor erant portatores, et cum non possent pre turba intrare ad Christi presentiam submiserunt eum de tecto domus per tegulas in lecto ante ihum et hoc fuit signum fidei et confidentie eorum.

Videns autem ihus per fidem offerentium paraliticum ostenditur hic divine potestatis actum et super animam et corpus, et hoc tripliciter primo in remissione criminis, 2o in cognitione cogitationis ibi et ecce quidam, 3o in curatione egritudinis ibi ut autem sciatis. Dixit ergo videns autem ihus fidem illorum non tamen cognoscendo quam approbando. Beda dicit, et habetur hic in glo(sa): Quantum valet apud deum fides propria apud quem sic valuit aliena ut intus et extra sanaret hominem. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Luce 5 dicitur homo. Aug(ustinus) et habetur hic in glo(sa): Utrumque dixit ihus quia utrumque ewangelista testatur, sed homo quia peccavit, fili dum propter peccata dimittit. Glo(sa) interlinearis: In hoc innuit se deum quia in prophetis dicitur: Dominus ego sum qui deleo iniquitates. Et habetur auctoritas ista Ysa 43. Jo(hannes) o mira humilitas despectum totisque membrorum compaginibus dissolutum filium vocat. Et dicit remittuntur non dicit remitto cum humilitas insinuande causa primo pius et misericors est et remittit in tempore tribulationis peccata. Notandum quod dominus fecit ad modum boni medici qui primo removet causam morbi

Ex hoc patet quod fides paralitici aderat quia licet sanitas corporalis vel alius homines detur alicui propter fidem alienam remissio tamen peccatorum non datur alicui adulto sine fide propria, et ideo filium vocat quia iam credebat. Ipsi Johannes: O mira humilitas etc.

c. Notandum quod dominus curando paraliticum incepit a morbo spirituali qui erat causa et radix morbi corporalis quia primo remisit peccata eius que fuit causa morbi ad modum boni medici qui primo removet causam morbi et tunc ~~primo~~ inducit curationem. Infirmitas autem hec erat inflicta paralitico propter peccata sua ut purgaretur et ideo deus primo removet causam quia cessante causa cessat et effectus introductus ob causam illam. Nulla enim nocebit adversitas si nulla dominetur iniquitas. ~~Unde si glos~~ quinque modis infirmitates contingunt: vel ut meritis virtus per patientiam augeantur ut Job, vel ut ~~ad custodiam virtutum~~ ne superbia tempter ut Paulo, vel ad corrigendum peccata ut Marie lepra, et sicut hunc paraliticum ~~vel ad gloriam dei ut ceco~~ nato et Lazaro, vel ad initium pene ut Herodis quatenus hic videatur quod in inferno sequatur. Hic sicut secundum datur intelligi

Eiusdem liber

homo langue(n)tis putatio paralisis grece dissoluto latine est. Est enim infirmitas qua membra dissolvuntur sive imminentes quia membra alicuius iunctis non sunt, et ecce defectus motus vel virtutis vel vehementia languoris frangit iacentem in lecto quia se movere non poterat

1 quod sacerdotes dedignabantur alii etc.

gentes sui fidem et doctrina eius claruit patet et miracula confirmata ad multa salubriter pervenit vel quia ut supra dicitur Capharnaum autem preclara villa pleritudinis pinguedinis et consolationis que fuit occasio scandi multis ideo ad sui confusionem pluribus indigebat miraculis

scilicet offerentium et eius qui erat oblatus dixit paralitico sic remittis medicus dat fiduciam infirmo timenti de magno dolore confidere inducit eum ad sui benevolentia remittuntur tibi peccata tua quia hec fuit causa languoris

vel contra

plerasq corporis insanitates seu debilitates evenire ppter peta et ideo prius peta dimittuntur ut causa debilitatis ablata sanitas restituatur et fit visibile signum ut invisibile perficiatur Unde et Beda Curatus aut homo a paralisi dicit primo peccatorum vincula dissolvit ut ostenderet eum ob nexus culparum artuum dyssolutione fuisse dampnatum nec nisi hijs relaxatis membrorum posse recuperacione sanari Sed heu nos qui magis satagimus de curacione corporis quam anime et ideo sepe destituimur utrobique Unde Crisostomus Nos aut si corporaliter patimur satagimus nocivum abiicere si vero male sit anime differimus atque ideo neque a corporis nocivis curamur desidamque quo fonte malorum et cessabunt egritudinum fluxus hec Crisostomus ergo quod constat quod propter peta quis hic egrotat Medicus egrum visitans re ut magister in hystorijs dicit

vt postea medeat curacionem Infirmitas aut hec fuit inflicta palitico et ideo ipius removet causam infirmitatis dicens remittuntur tibi peta tua Unde magister in hystorijs dicit Cum medicus visitat egrum primo debet monere ad penitenciam et confessionem ne peto manente causa fixo in vulnere frustra sit malagma vel emplastra apponere Et hoc est statutum ecclesie Notandum quod infirmitas corporalis infligitur autem multis de causis Uno modo propter probacionem et paciencie declaracionem sicut patet de Job ca 2o Secundo propter humiliacionem alicuius ne in superbiam elevetur sicut Apostolus dicit de seipso 2 ad Cor 12 Ne magnitudo revelacionum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet Tercio non propter petum commissum sed ad gloriam dei manifestandam sicut de ceco nato dicitur Jo 9 Neque hic peccavit neque parentes eius ut cecus nasceretur sed ut manifestentur opera dei in illo 4o ad petati commissi purgacionem sicut Maria soror Moysi fuit lepra percussa quod locuta fuit contra Moysen Num 12 Similiter iste paliticus infirmabatur propter sui peti commissi purgacionem 5to propter peti punicionem sed non propter purgacionem et talis infirmitas est preambulum quoddam pene iehennalis et sic inflicta est Herodi Act 12 ubi dicitur Cum percussit eum angelus domini eo quod non dedisset honorem deo et consumptus vermibus expiravit Et eodem modo de Pharaone qui per flagella induratus est Et istos modos potest glo dicens Nota infirmitates aliquando contingere propter peta et ideo prius dimittuntur ut salus restituatur Ceterisque modis infirmitates contingunt vel ut iustis merita per pacienciam augeantur ut Job vel ad custodiam virtutum ne superbia temptet ut Paulo vel ad corrigenda peta sicut Marie lepra et huic palitico paliticus vel ad gloriam dei ut de ceco nato et de Lazaro vel ad inicium pene ut Herodi quatinus hic videatur quid in inferno sequitur Unde dupplici concione conterere eos dicitur dominus deus noster Job probat inclinat Paulum sese manifestat in ceco purgat Mariam punit Herodem Item glo prius sanat animam hic gratias egit quod plus desideravit curam corporis quam anime ergo non habuit caritatem quo ergo sanata erat anima Responsio intelligendum est plus in actu propter sensum doloris sed non in habitu vel plus secundum sensualitatem Vel sic quod dicitur plus refertur ad tempus an curacionem anime Creditur autem remissum fuerit in palitico petum sine fide propria quod videtur per auctoritatem Crisostomi qui dicit Temporales erumpnas resoluti corporis sic defleat ut eternas penas anime non defleat contrariorum sibi parentem vita iudicans cum fulciatur merito Christus offerentium fidem respicit et veniam sic iacentis ut fidei aliene suffragio palitica anima ante curaretur quam corpus Et hoc videtur velle dicere glo que incipit Cernitur vero et cetera Sed contra Qui creavit te sine te non iustificabit te sine te Et sic dicitur Luce 5 Submiserunt eum per tegulas an ihm non at primi

Unde Secundum medici qui curam materialem adhibet corpori prius quam curam spiritualem sit adhibita anime ergo causa morbi si sit propter peto anime inflicta sit corpori

ta^m ~~xiiij~~ ix

sisset se per regulas submitti nisi fide habet · Ex^o iste fuit saluatus
fide aliena et fide propria sed fide propria impetrauit sibi fides aliena
fide aut propria non habuit in statu oblacionis pro quo statu loquitur
textus sed illa postmodum habuit ad verbum saluatoris dicentis Confide
fili etc · Vbi nondum quod hec nauicula potest accipi allegorice et moraliter
Allegorice ista nauicula est crux xpi in qua ascendit vt nos redimeret
vnde dicit Joh xiij Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum scilicet
vnico crucis de quo dicitur Amos viij vncinum pomorum oculo video · Et alibi · vitium
dicitur venit finis super populum meum ysrael et non adiciam vltra vt pertranseam eum
Vbi non quod in pomo sunt tria scilicet sapor color et odor · poma sunt omnes fide
les in quibus debet esse sapor contemplacionis · color sanctitatis · odor bone con
uersacionis · hec poma ad se xpus traxit vnco sue crucis · cum ipse
ascendit et tunc venit super nos quia finita est miseria nostra cum a dyabolo opprime
bamur · et ideo xpus nos non pertransit sed nobiscum mansit et adeo gloria
transibimus · et hoc est transfretare et venire in ciuitatem suam sicut annunciat
nobis · Deutro xij transibit ad terram egregiam · Sed accipiendo na
uem moraliter et spiritualiter Ista nauis est virtus caritatis · quia sicut stricta
est nauis et longa · cuius longitudo duos facit angulos scilicet priorem et posteriorem
sed priorem acutiorem posteriorem · sic virtus caritatis est longa quia ab homine
vsque ad deum attingit · ideo duos angulos id est duos amores continet scilicet
amorem dei qui est prior et amorem proximi qui est posterior · sed amor prior
debet esse acutior · quoniam amor dei fortior et feruencior est amore proximi
sicut beneficium est sui amoris et plura beneficia a deo quam a proximo
recepimus · ergo deum vberiorem quam parentes uel proximos diligere debemus
scilicet racione et promisse glorificationis · propter quod luce x dicitur diligere
dominum deum tuum ex toto etc · Jdo anshelmus dicit Domine quia fecisti me · debeo
amori tuo meipsum totum · quia me redemisti debeo amori tuo meipsum totum
tibi meipsum totum · quia me redemisti debeo amori tuo meipsum totum
quantum ymo tantum debeo amori tuo plus meipsum totum quantum tu es
maior me pro quo teipsum totum dedisti · ergo feruentissimus debet
esse amor tuus · Sed nauis huius amoris dicitur esse arta et stricta
propter paucitatem habencium ipsam · vera enim caritas diligit deum
vt fieri propter paucitatem habencium nota noticia propter mercedem ~~carnis et sensualitatis~~
propter se amore filiali non propter mercedem · propter
vl sed timore diligit proximum sed parentes et amicos propter deum
nam amore carnis et sensualitatis · Hoc aut valde pauci faciunt
ideo veram non habent caritatem · vnde Gregorius Dicit non nulli qui diligunt
proximos sed per affinitatem carnis et hii premia eterna non assequuntur
quia amorem suum non spiritualiter sed carnaliter impendunt · sed illi ve
ram caritatem habent qui deum propter se · et amicum in deum et inimicum diligunt
propter deum · et isti sunt pauci ideo nauis caritatis est arta · propter quod ait xpus
arta est via que ducit ad vitam · et pauci ingrediuntur per eam

Via recta ducens ad eternam vitam est sola caritas de qua augustinus dicit Hec sola est
que dividit inter filios regni et perdicionis et hec est stricta et arta quia
valde difficilis est intrare per ipsam ideo pauci salvi sunt hoc autem figuratur in
archa noe de qua i petri iii dicitur In diebus noe fabricata est archa in qua pau-
ci id est octo anime salve facte sunt archa fabricata a noe in qua ipse habitabat
tempore diluvii significat caritatem dei et proximi que a solo deo in anima devota
est creata in qua deus habitat ut custos arche et rector navis caritatis
in qua archa requiescit cum christo consciencia anime devote sed tempore diluvii tempta-
cionum ad usitatum tribulacionum mundi que propter penitenciam christi in qua
lecte consciam (?) perit sic in archa caritatis sunt animalia et bestie sed pau-
ci homines quia in anima habente caritatem oriuntur desideria mundana volup-
tates affectus mordinati quia caritatem refrigerant et interdum extinguunt
Et ideo pauci homines in caritate vera habitant et vere pauci quia solum
octo anime existentes in archa noe fuerunt pauci respectu eorum existencium
qui omnes in aquis submersi sunt Ita anime existentes in caritate sunt pauce
respectu existencium qui omnes in inferno submerguntur Vel ideo dicuntur octo
persone fuisse in archa quia octo sunt condiciones que requiruntur ad
perfectam caritatem prima deum plus diligere quam aurum vel argentum
secunda eum plus diligere quam proximum tercia plus eum diligere quam animam
propriam vel eius salutem quarta plus diligere vitam anime et preeligere mortem
corporis quam anime quinta diligere animam proximi plus quam vitam corporis proprii
sexta preeligere mori quam fidem christi negare septima preeligere mortem
quam peccare mortaliter octavo preeligere mori quam deum offendere Et qui
veraciter habent has condiciones amoris vere sunt in archa caritatis dei
et proximi et sunt in navi eius cos ad portum salutis eterne beatitudinis
perducente De hac navi dicitur proverbiorum ultimo facta est quasi navis in-
stitoris de longe portans panem suum Iste institor vel mercator
signat virum iustum qui commutat vicia pro virtutibus temporalia pro
spiritualibus et eternis Et hec est bona mercacio et magni meriti apud deum
de qua dicit sapiens Bona est negociacio illius non extinguetur in
nocte lucerna eius id est in die mortis sue opus intencionis sue
non perdetur sed a deo valde remunerabitur Sed quia iste mercator
tenetur instanter transire per mare huius seculi in quo sunt diversa et multa
pericula submersionis Ideo acquisivit unam navem fortem et bonam
que est divina caritas in qua sicut in navi collocat voluntates de-
sideria et appetitus Post hec posuit bonas intenciones in ea
scilicet virtutes multas ut humilitatem pietatem et alias virtutes que
in navi caritatis conservantur sine qua nichil valent Unde Gregorius
Sicut enim multi arboris rami ex una radice ita multe virtutes ex

Ite posuit in navi abstinencias disciplinas peregrinacionis que sine caritate nulle esset I Cor. XIII Si tradidero corpus meum ita ut ardeam scilicet ieiuniis et flagellis caritatem autem non habeam nichil mihi prodest. Iste sunt bone merciones ex quibus anima pascitur optime et nutritur. Sed attende quod navis dicitur venisse de longinquo quia de longe portatis panem suum quia sunt nonnulli viri iusti qui a iuventute sua navem caritatis Dei et proximi intraverunt et quandoque eam cum mercibus bonorum operum usque ad diem mortis eam perduxerunt et ita usque ad portum salutis. Qui ergo vult ad portum salutis pervenire quandoque attrahat navem caritatis. Sed qui vult attrahere ascendat in eam. Qui vero vult ascendere prius descendat secundum consilium apostoli Ephesios IIII Qui ascendit et ipse est qui descendit in inferiores partes terre. Qualiter vero debeat descendere ostendit Ysaias 47 Descende sede in pulvere virgo filia babilon. O anima peccatrix que diceris filia virgo propter sterilitatem bone operationis et filia propter fragilitatem resistencie malorum et babilon propter confusionem peccatorum descende a tumore cordis elacione et superbia et sede in pulvere per mentis humilitatem et tue vilitatis consideracionem. Et hee sunt inferiores partes terre quas consideratas si tu prius descenderis postea ascenderis Unde Gen. 31 Iacob cum omni domo sua ascendit bethel. Prius debet anima peccatrix esse Iacob id est luctator contra vicia per suam humilitatem et domum suam disponere id est totam mentem tuam potencias scilicet intellectum voluntatem memoriam et sensibus corporis ad spiritum dei que est caritas eius in qua deus habitat cum consolacione magna ascenderet. Sed qui intraverunt navem caritatis eam sapienter rectant quod non frangatur ad quod faciendum sicut ad regendum navem quatuor adminus sunt necessaria scilicet arborem velum et anchora. In arbore cordis contricio. In velo oris confessio sicut velum arbori ita confessio debet alligari contricioni. In remis opera satisfactionis scilicet oracio ieiunius elemosina. In anchora mortis recordacio designatur. Sicut enim anchora retinet navem ne saxis se frangat ita mortis memoria vitam nostram retinet ne in petitus peccati ruat. Unde Salomon Memorare novissima tua et ce.

Item sciendum quod Moraliter iste palustris significat spiritualiter homines voluptuosos deliciis affluentes. habet enim palus se in inmoderato cibo et potu. homines enim assueti deliciis credent se mortuos si una die abstinent a deliciis consuetis Gen. 25 En morior ait et quid mihi proderunt primogenita mea. Luce 15 dicit filius prodigus ego autem hic fame pereo et tales trepidaverunt ubi non erat timor. Secundum est insensibilitas. sicut enim in palusi constringuntur nervi

ex frigiditate vel opilacione ex humiditate et sic impeditur transitus spi-
rituum ad instrumenta sensuum Ita eciam in spirituali paralisi humiditate
enim deliciarum impeditur ne spiritus sanctus intret cor hominis et ideo est ibi inse-
sibilitas Non enim sentit homo vulnera spiritualia vel dampna quamvis
tamen dampna temporalia bene sentiret multum doleret si obmitteret vnum o-
bulum et admorsum vnius pulicis multum irasceret Vulnera autem pec-
ti mortalis non sentit Proverbiorum xxiii Verberaverunt me et non dolui Tercium
malum est inmobilitas Sicut enim in contracto vel opilato vel eciam
privatur per paraliticam motum in toto vel in parte Ita et hic Vnde
qui habet spiritualem paralisim piger est ad omne bonum Proverbiorum xxi Desideria
occidit pigrum Et non vult manus quicquam operari Quartum
malum est molliacies qua dissolvitur homo interius a quibus deliciarum
et attenditur hec mollicies in hoc quod talis tedit omnem duro Nichil
enim homo sustinere potest Jeremie xxxi Vsquequo dissolueris deliciis filia
vaga Est sciendum quod iste paraliticus iacet in lecto et a quatuor portatur
et in hiis peccator significatur Paralisis enim est infirmitas ex frigiditate causata pri-
vans a membris calorem naturalem impediens virtutem membrorum ne ipsa
exeant in operaciones debitas per quam intelligi possunt peccata mortalia que
ab anima privant calorem amoris dei et proximi et impediunt virtutes anime
ne in bonas operaciones exeant impediunt eciam intellectum cognicionis et
obscurant ne deum cognoscat nec salutem anime Item peccatum mortale impedit
memoriam ne beneficiorum diuinorum sed pocius iniuriarum et peccatorum recordetur
Item obscurat liberum arbitrium ne bonum a malo virtutem a vicio
sed pocius econverso possit eligere Et tamen omne peccatum mortale sit frigidum
ita animam cum suis potenciis infrigidat quod in nullas bonas operaciones
exire permittat nisi in terrena vana et periculosa dampnacionis de quo
dicitur frigiditate dicitur Jeremie vi Sicut cisterna aquam facit frigidam sic
maliciam animam et peccatum facit frigidam et infirmam propter quod iacet ipsa per-
catrix in lecto vt paralitica cuius lectus est sua consciencia mala in qua
iacet per peccatorum obstinacionem et perseveranciam Ideo dicitur Deuteronomii iii lectus
Og basan erat ferreus id est lectus anime peccatricis qui est eius consciencia est ferreus
per obstinacionem in peccatis et propositum ad deum non convertendi Configuratur
iste lectus in illo lecto de quo i Regum xix Tulit enim michol posuit statuam
in lecto david et cooperuit caput eius pellibus caprarum et corpus vestimentis
Per hanc mulierem per qua intelli aqua ex omnibus fluens intelligitur
carnis peccatorum que dicitur mulier molliciens eo quod sit mollis ad omnia vicia sine
vlla resistencia Et ideo vocatur michol id est aqua fluens ex omnibus locis
quia ex omnibus membris effundit aquam carnalium concupiscenciarum et va-
nitatum ex oculis eius effundit visum inhonestatis et levitatis
ex auditu auditum decepcionis et malignitatis ex ore verba detrac-

michol id est aqua fluens ex omnibus locis

'4

tionis falsitatis / ex manibus tactu avaritie et cupiditatis / ex pedi
bus gressu discordie et dolositatis / Ex quibus omnibus facit caro malediccta
statuam / ymo statuas quas ponit in lecto david / statua est ymago
dyaboli in qua dyabolus stat et loquitur / est peccatum mortale / et statue sunt peccata
mortalia in quibus dyabolus requiescit que caro facit sibi virtute sensuum suorum con
piscentiarum / et facta ponit et extendit in lecto conscientie que debet esse
lectus xpi / et facta est lectus dyaboli / Ubi iacet cum peccato mortali et quiescit
et in hoc malo statu conatur caro tenere aliquem ut peccatum mortale cum ipso dyabolo
a se expellere non possit / et ut facilius hoc faciat cooperit caput peccati pellibus
bestiarum et corpus vestimentis / Caput peccati est suggestio dyaboli / que primo cordi et
menti imprimitur / corpus autem peccati est ipsius perpetracio que opere completur / pell
autem bestie / consolacio et complacentia sensualis de peccato / vestimentum non est
utilitas temporalis scilicet usura et rapina acquisita / Caro ergo cooperit caput id est
suggestionem dyaboli / pelle bestiali id est delectatione et complacentia peccati / corpus
id est operacionem peccati cooperit vestito id est aliqua utilitate temporali / Hiis duobus scilicet consolatione
et utilitate animae de peccato anima misera peccatoris / ita fortiter dormit sopita in
peccatis / quod eciam usque in finem vite se excitare non potest / quam apostolus redarguens
dicit Ephesiorum 5 Surge qui dormis scilicet in obstinacione malorum et exurge
a mortuis id est a peccatis mortalibus / et illuminabit te xpistus / Ideo eciam sapiens
hoc audiens debet surgere et ad xpistum invitacionem accedere humiliter / Et si per seipsum
ire non potest assumat quatuor portitores eam ad xpistum deferentes et pro ea
veniam impetrantes et postulantes / Isti quatuor portitores sunt quatuor virtutes scilicet
humilitas paupertas patiencia obediencia / Nemo enim potest venire ad ihesum nisi
hiis quatuor virtutibus portetur / Nam humilitas infert animi dolorem de dei offensa
paupertas contemptum tenet norum et peccatorum / obediencia provocat ad confessionem delictorum
peccatorum / paciencia penalem sustinet satisfactionem omnium commissorum / Hec sunt
illa quatuor precepta in lege Exodi xxix / Tolle panem et carnes laganam
et similam et offer ea domino / per panem humilitas intelligitur / sicut enim
sine pane non est perfecta refectio ita sine humilitate nulla vita nulla oracio ut oblacio
potest deo placere / per carnes que coctas igne intelligitur paciencia que igne
tribulacionis et adversitatis excoquitur / et quando sine adversitate bona vita probus
non ducitur / Ideo dicit nobis apostolus paciencia nobis necessaria est / per laganam
vero que sub manibus et baculis subicitur ut formam recipiat / intelligitur
obediencia que regimini dominorum et prelatorum subicitur ut cora deo meatur / de qua
1 Reg xv Melior est obediencia quam victima / Sed per similam que est sub-
tilitatis farine purata ab materia grossa intelligitur paupertas voluntaria
et contemptus temporalium que sola necessaria recipiendo omnia alia a se abicit / quod v

ta m

gracesse

Bti paupes spu oblacoz grossa fiat aia hys q'r sz humilit paupitate
obediencia paciencia sanata de qbz pu xxx Crua'r sut mina tre
cona et ipa sut sapio sapientibz sz q'r pdicta Vel portitores sut q'r
virtutes cardinales prudencia iusticia tpancia et fortitudo a quibz
aia portata cora deo spus sci graz pulct' de qbz Eze 31 A q'r
ventis i virtutibz pduct venit spus i gra ss et insflauit sup infec
tos i aias a dyabolo infectas lancetis pctoz et reuiuisuit q
in graz dei et in maz recipiunt' Et ideo ille q'r virtutes sut illi
qua'r angli qbz archa dni cora ipo portabat' q aia nra
q dz ee archa di si istis q'r virtutibz fuit deportata cora deo
grosa in ospctu eius apparebit et ab eo petita obtinebit et desi
dery sui consequetur effectum. Moralit per paliticu q puatq
e vsu mebroz corpaliu signiticat pctor ho opibz meritoris puatq
et turpi marcens ocio talis eni puat gressu mtoie affectionis
et gustu suauitatis celestis et visu dine contemplacionis tactu bone opa
cionis auditu dini smonis et odoratu dine consolacionis et tuc
iacet in lecto qn supuenies tenet cu pua consuetudo het eni lectus
pt dici hc loco ipm quoqz petm more palis facit tremulu p mali
delectacoz reddit insensibilez per obstinacoz impedit loquela per despe
racoz Noti sciendu q sicut legit' dnm resuscitasse tres mortuos
sed multo plures sut hic legi' curasse tres paliticos licz ees plures sit
sz palitica in domo paliticu iux pbatica piscina paliticu in lecto
vt in pposito Et q palitiq et dein e pctor sig sdeo nondu est
q tria sut gna pctoz sz pctor occultq publicq et consuetudinaliq
Paralitiq in domo e pctor occltq palitiq iux piscina e pctor ma
nifestus paralitiq in lecto e pctor consuetudinalq et hc petm
in consuetz ductu difficult relinquit' et ideo palitiq hic in lecto
iacere i petm optimare dicat' Predictos pctores q'r exportat ext
domu ppe consce et etia ext ecclesiaz tam militatez q triumphatez
Prima est tepiditas boni qn eni homo incipit ex desidia tepescere
in bono inchoato talis dimittit dm et pgns dimitti' a deo Scdm
e delectaco mali quod iungit' pmo q socq eius Cu eni deus deli
quit stati aia in malis delectat' et hy duo socy precedut Tercium
est mali opacio cu delectaco ad opus ducit' Quartu e mali
opis consuetudo cum ipm malu frequentat' et hy duo sequntur
portantes pctorez extra suffragia ecclie qbz ipe puatur Sut
aut q'r que ipm reportat et reconcilialt Primu e vite breuitas

17

vt homo consideret quam breuis sit vita presens et incerta. Secundum est timor pene gehenalis vt homo consideret eius acerbitatem diuersitatem et eternitatem. Tercium est consideracio culpe vt homo consideret quid grauedinis quid immundicie quid malicie sit in peccatis. Quartum est spes venie qui in multis offendimus nichilominus tamen veniam sperent. Cui hec quatuor habuit aliquis dici portabitur et misericordiam consequitur. Vel portitores eius vt sancti a xpo sunt qui aliorum sue salutis procuratores sunt scilicet monendo secrete predicando publice orando pro eo et inuitans in exemplo sollicitatores et ipse offertur quando eis conformat consenciendo et minus eorum obitum non per opponendo. Sequitur textus

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se hic blasfemat et cum vidisset ihesus cogitaciones eorum dixit vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua an dicere surge et ambula. Hic ostendit diuinam potestatem in cogitacione et iudicio cogitacionum. Ubi ponitur primo cogitacio phariseorum. 2o cognicio cogitacionum ibi cum vidisset 3o confutacio cogitacionum ibi vt quid cogitatis dicit igitur. Et ecce quidam de scribis i legisperitis hij domino contradicere consueuerunt dixerunt intra se scilicet cogitando quod verbum intrinsecum est conceptum mentis. hic i blasphemat. Intelligitur cum sit homo quod dei est sibi arrogat. ex hoc patet quod ipsum negabant esse deum sed credebant ipsum esse purum hominem. Blasfemare est deo iniuriam irrogare quod fit tribus modis scilicet cum deo attribuitur quod sibi non conuenit quod est contra maiestatem vel cum ab eo remouetur quod ei conuenit et hoc est contra iusticiam vel cum alteri creature quod est proprium dei quod est contra magestatem scilicet subtrahere ei quod suum est. Vnde per hoc quod dicitur ysa 43 Ego sum qui deleo iniquitates etc. sciebant scribe i peciti quod solius dei est dimittere peccata. Vnde credentes xpm esse purum hominem dicebant hic blasfemat. leuitici 24 Qui blasfemauit nomen domini morte moriatur. Et aggrauatur peccatum eorum quia dixerat remittuntur non remitto licet ipse esset qui remitteret. Etiam si fuisset purus homo non blasfemasset in hoc quod dixit remittuntur. Et cum vidisset ihesus cogitaciones eorum. Hic consequenter eos conuenienter redarguit ostendens se esse deum dupliciter. primo quia vidit eorum cogitacionibus quas cognoscere per certitudinem soli deo proprium est. Vnde primo Regum 16 homo videt que parent deus autem intuetur cor. propter quod dicit. Et cum vidisset cogitaciones eorum. glo. interlinearis. Vt deum esse ocultorum cogitacione et operum virtute indicaret dixit vt quid cogitatis mala in cordibus vestris

cam

sz false michi imponendo blasphemiam dei dicit glo interli qua potestate cogitaciones vestras video et ea potestate peccatum possum dimittere quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua i solo verbo efficere ut dimittantur peccata an dicere surge et ambula i an verbo efficere ut quis paliticus surgat sanus et ambulet Nota non dicit facilius facere sed dicere ad significandum quod solo verbo hec possit facere Item non licet palis virtute nec aliquis curari possit non tamen subito nec ita perfecte ut homo posset statim lectum in quo iacet portare sicut dicitur hic propterea dicit quid est facilius etc dicit cuius potestatis est utrumque Unde glo Quid est facilius etc Sed quia hoc spirituale non creditis probet signum visibile quod non moritis constat esse potencie ut in filio hominis latentem cognoscatis potenciam magestatis que peccata potest dimittere ut deus Sed gloria videtur quod difficilius et maius sit impium sanare in anima quam in corpore Nam beatus Augustinus super Io ix Maiora horum faciet dicit quod maius est celum et terram creare quam impium iustificare Respondeo Opus dei potest dupliciter considerari vel ex parte operantis sic quam facile et quam magnum est utrumque vel ex parte operis sic quod sit maior facultas ad unum opus quam ad aliud sic iustificare impium maius est quam creare celum et terram quia in primo est resistencia peccati et exigitur motus liberi arbitrij in alio non

Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris luce v Sicut dicit beatus Augustinus ad Demetriadem virginem est tutissimum atque perfectum ut assuescat animus pervigili custodia discernere cogitaciones suas et ad primum motum vel probare vel reprobare quid cogitat ut bonas cogitaciones alat malas statim extinguat hinc namque est fons boni et origo peccati etc Quia ergo cogitaciones sunt boni fons et origo mali ideo salvator noster qui est scrutator cordium cum vidisset cogitaciones scribarum ne ulterius procederet in penis statim redarguit eos dicens ut quid cogitatis mala in cordibus vestris dans nobis doctrinam ut quamcito sentimus nos mala cogitare et mala cogitacione pulsari statim debemus nosmetipsos reprehendere ut quasi dicatur Ipsi ut quid cogitatis mala in corde In quibus verbis salvator tangit tria circa nostram cogitacionem nobis diligentissime consideranda Primum est unde ortum habent Secundum est que et quanta mala huiusmodi cogitaciones anime inferant quia dicit cogitatis mala Tercium qualiter huiusmodi cogitaciones a cordibus nostris debeant excludi quia dicit in cordibus vestris Circa primum sciendum quod quantum ad primevam originem omnes male cogitaciones ortum habent a dyabolo

Blasphemia intelligimus verbum in contumeliam dei prolatum ut cum aliquis iratus vindicare se volens
de deo / aliqua membra christi ipso nominat que nominanda non sunt / Multa autem sunt que possunt valere
ad detestacionem huius peccati / primum est pena qua dominus legitur punisse blasphemos / de qua pena legitur Levitici xxiiii. Ecce egressus filius mulieris israhelitis quam pepererat de viro egiptio inter filios israel
cum viro ex israhelita / cumque blasphemasset nomen domini et maledixisset ei / adductus est
ad Moysen / miseruntque eum in carcerem / donec nosset quid vellet dominus / locutusque est dominus
ad Moysen Educ blasphemum extra castra et ponant omnes qui audierunt manus suas super
caput eius / et lapidet eum populus universus · et deinde promulgavit legem de pena blasphemorum
dicens loqueris ad filios israel / homo qui maledixit deo suo portabit peccatum suum / et qui blas-
phemavit nomen domini morte moriatur. lapidibus obruet eum omnis multitudo populi / de pena
eciam blasfemie refert Gregorius in dyalogo / Cum quidam rome terme dilexit quendam puerum
quinque annorum qui consuetus erat blasfemare nomen domini statim cum animo eius aliquis obstitisset /
quadam die cum pater eius teneret eum in brachiis / clamavit puer / mali homines venerunt qui
me tollere volunt / et cum hec dixisset nomen domini blasfemavit et animam reddidit / Ecce si deus
in eciam puero quinque annorum sic peccatum illud vindicavit multo plus adultis et discretis quibus
peccatum committitur / peccatum illud punitur a deo et in presenti vel spiritualiter vel corporaliter / spiritualiter
quia multociens subitanea morte moriuntur homines blasfemiis assueti / Unde proverbiorum xx Qui
maledicit patri et matri extinguetur lumen eius in mediis tenebris / patri maledicit
blasfemus deum dominum maledicit matri eciam maledicit / deum humanitatem eciam blasfemat
que mater nostra est / et ideo lux in mediis tenebris ei extinguetur / quia in peccatis suis moriatur
Peccatum eciam vix remittitur / iuxta illud Matthei xii · Spiritus blasfemie non remittetur / id est vix remittetur
Unde peccatum ad mortem ut in morte dicitur Ecclesiastici xxiii / Est alia loquela contraria in morte
non inveniatur in hereditate Jacob premiserat autem auctor de loquela iuramenti / et subdit Est alia
loquela contraria etc. / blasfemia contraria dicitur esse iuramento / quia in iuramento nominatur deus
ad confirmacionem veritatis assumitur in hoc quod deus ostenditur veritatis et tutor et auctor / In morte
in blasfemia deiatur / in iuramento · quod fit eo modo quo debet honoratur deus · Unde nomen eius
non blasfematis dicitur esse quia frequenter moriuntur blasfemantes in peccato / Unde blasfemi
multum debent rogare viros sanctos ut orarent pro eis deum quod sibi dimittetur peccatum eorum
non enim impetrat cuiusque remissionem peccati huius / immo oportet homines magis esse multi ad hoc
quod impetret alicui remissionem huius peccati Unde Johannes 1o. Est peccatum ad mortem non pro eo
dico roget quisquis / id est quivis / Eciam pena corporali punitur peccatum blasfemie frequenter
quam aliud peccatum Unde accidit quod lusoribus qui deum blasfemat postpostera fatur / falco
quidam eciam multi deum occasione ludi per oculos deum iuraret proprius oculus a capite
exiliit et in alcarium cecidit / Secundo potest valere ad detestacionem huius peccati si ostenditur 2o
ingratitudo magna que est in eo qui blasfemat / duplex vero ingratus est blasfemans et quia
in membro illo deum inhonorat in quo deus pre ceteris creaturis honoravit homines
scilicet in lingua / et quia membra illa infirmitatis humane que propter salutem ipsius as-
sumpsit ipse ad contumeliam dei nominat / et ingratus est de beneficio incarnacionis / et quia
deus non satis fuit affectus contumeliis a iudeis pro amore ipsius ipse ad huc
contumelias super contumelias addit / et hic deterior est iudeis / quia ipsi afferebant
eum contumeliis mortalem et infirmum et in statu suo humilitatis / sed blasfemus
deum contumeliis afficit immortalem et regnantem in celis Judei aliquantulum per
ignoranciam excusantur Nesciebant enim deum esse quem contumeliis afficiebant
Unde si cognovissent nunquam dominum crucifixissent / Blasfemus vero eum contumeliis 3o
afficit quem credit esse deum / ~~modo~~ debet eciam considerari circa istud hoc quod blasfemus
videtur esse deterior omnibus creaturis / Alie enim creature deum laudant et benedicunt ostendendo
dei potenciam bonitatem et sapienciam Nec solum deum laudant et benedicunt immo eciam ad eum
laudandum homines invitant Unde Gregorius mirum est quare homo deum semper non laudat
cum omnis creatura sic ad eum laudandum invitat Unde valde miser est iste blasfemus qui
specialiter propter hoc linguam accepit ut deum laudaret / quod non deum non laudat / sed quod admo-
dum omnium creaturarum / eum blasfemat / Quarto debet considerare circa istud 4o

Quintum [margin]
magnitudo huius pcti que multis circumstanciis pt manifestari / primo ex hoc quod in isto
pcto infert contumelia deo in pa psona cum alij pctores contumelia inferunt in rebus
suis / fur vel raptor contumelia infert deo in possessionibus suorum eius / homicida
in suis eius / sed blasfemus infert ei contumeliam in pa psona / et ideo non parum displicet
deo pctum blasfemie / Multum displicet principi qui infert ei contumelia in subditis
eius / sed amplius displicet qui unicuique est de pa familia / et longe amplius qui in fi-
lio vel in filia / sed super omnia ista qui infert in pa psona / Scdo pt ostendi magn.
2 huius pcti per sublimitatem eius psone cui contumelia infertur / aliqua offensa cuiusmo-
di offensa magis est cum rustico dicit aliquem burgensi / sed maior si dicit militi
sed longe maior si dicit principi / ergo in infinitum maior est si in infinitum maiori
dicat / vnde cum in pcto blasfemie quicquid dicat deo quod in infinitum maior est omni
dno dicens pctum illud nimis magnum est / Tercio facit ad magnitudinem huius pcti hoc
quod in pcto isto dei contumelia principaliter intenditur / alij pctores et si contumelia deo
inferant / tamen preter intentionem et voluntatem eorum est contumelia illa / et bene vellent absti-
nere a contumelia illa si possent hoc delectationem qua querunt absque contumelia
illa / sed blasfemus in contemptum et contumelia dei blasfemiat volens se vindicare
de deo / cum tamen ipse sit in culpa sit / Quarto facit ad detestationem huius pcti pusitas magna
quod est in isto pcto cum multum eius pusi sunt homines blasfemi quod bona quod agunt sibi attribuunt /
mala vero deo asscribunt / cum ex suo mala sit culpa eorum eis eveniat / bona
vero ex gratia dei recipiat / Quinto facit ad detestationem huius pcti magnus contemptus qui est in blasfe-
matibus quod pt manifestari ex hoc quod ipsi dicunt quod non possunt se a blasfemia conti-
nere / si aut contenderet ab eis vt aliquem quicquid dicerent episcopo vel archiepiscopo
vel alicui principi ipsi rudiunt quod non ymmo multi sunt qui diceret se numquam dixis-
se quicquid alicui garcioni nisi ipse prius dicat ei / et non possunt abstinere se
ipsi dicunt ne deo contumelia dicat nisi ille meruit cum dicat se non posse abstinere qui di-
cat contumelia garcioni nisi ille meruit / vel aliquid mali
regi glorie contumelia dicat / cum tamen ipse numquam ei quicquid dixit / vel aliquid mali
meruit / magis parvulus videtur talis contemptus deum quam garcionem vnde / Sexto
facit ad magnitudinem huius pcti detestationem hoc quod istud pctum est in patrem celeste et ideo maxi-
me dignum / vnde Leuit 17 Qui maledixit patri vel matri morte moriatur / blasfemi
sunt illa generatio de qua legitur prov 30 Est generatio quod patri suo maledicit et matri
sue non benedicit / blasfemi etiam assimilantur Cayn filio Noe qui verenda patris
fratribus suis ostendit propter quod filius eius maledictionem suscepit vt legitur Gen 9
Septimo debet cohibere ab isto pcto hoc quod blasfemia pctum dyabolicum est et quod
loquela infernalis cuius signum est horripilatio qua facit illud pctum in
audientibus / vnde Eccl 21 loquela multum iurans horripilationem capiti sta-
tuet et irreuerentia illius obturatio aurium vnde satis videtur quod dyabolus
in blasfemis loquitur qui ex hoc audientes horripilationem sunt / Sic ab a theutu-
nia lingwa theutunice apprehenditur sic blasfemus ex loquela ista de fa-
milia dyaboli esse demonstratur et ad infernum videtur ptinere / vnde sicut dnum est
petro Mat 26 vere et tu ex illis es nam et lo. tu. ma. te facit / sic pt dici
de blasfemo / et tu de inferno es / ille cum quod in inferno erunt blasfe-
mabunt deum prae magnitudine doloris vnde Apok 16 blasfemaverunt deum celi
prae doloribus et vulneribus suis / sic filij dei assuescunt hic benedictioni et
laudi dnie volentes addiscere offitium in terris quod facturi sunt in celis / sic
filij dyaboli asuescunt blasfemiis in mundo addiscentes istud offitium
quod facturi sunt in inferno / Octavo de hac cohibitione a pcto isto facit
quod blasfemia dei quicquid est deus et cum pro suo crimine / et ideo non defendit
concessit hoc remissionem huius pcti vnde Eccl 22 mittens lapidem in volatilia

deiiet illa / sic et q gminat amico dissoluit amiciciam ad amicu / et si produ-
xerit gladiu no desperetis Est n regressus ad amicum si apperuit os triste no
metuatis Est eni concordato exceptis vicio et improperio et supbia et misterij
reuelacione ad biam Nobiles post magis guerras postqm in bello se le-
serit amici efficiunt / si quis vo gminu dixerit eis toto tpe vite sue incorerss
sut gminy illius si gmtum vnum deinde aliu cu tata difficultate recedit a corde
gmtu time put Igit illi q regi glie tociens gmtau sut q delectant dum
blassemando iudeis deteriores vident q in gsuetudine hebant p audita
blassemia aures obstrenebat sibi / Unde sup id agg r Continuerut
aures suas dicit pub ne blasse audiret / Insignum etia doloris scidebant
vestita sua Vn sup id ca z l Tuc pinceps sacdotu scidit vestita sua Glo
vestita sua Cambe
cyos est iudeor cu aliquid blassemie audiut scinde vestita sua / Cambe
etia peyores videntur Canis eni no mordet dnm suum n delatrat ipi vo
delatrat dnm du eu blassemat / ipi cordi ore quo vinum a deo creatum
biberunt in gmtu eum mordent et gtumelijs afficiut siles canibus rabidis
q manum que sibi porrigit mordet / Manis etia peius videtur ee blasse
qm heresis / heretici eni ea loq de deo q credit ee vera · blassemi vo q gtrar
sua de deo dicit que scit no esse dicenda Nec solu blassemi culpabiles sut cap
dni sed etia illi qui tollerat pati illud tu prohibere put vt pr et ma
dni q no corrigunt filios blassemates et qm hac causa amittut eos / dns
eni eos interficit vt pz exemplo Eregis pius posito in talo cordi Similiter illi
culpabiles sut q pmittut gtumelia deo fieri in domibus suis tu prohibe
possunt Nullus hoc timens dnm pmittet alie que scim credet gtumelia
inferri in domo sua ex quo posset hoc prohibe / quato magis tollerare no dz
vt gtumelia ferat in domo sua ex quo pt prohibe Vir honestus put sustine
cautor q corda eis gmtum dicatur pri suo vel dno tre / quo ergo hoc possit susti
nere de pre celesti / Nunquid culpa esset q pmittet in celario templu
alie demoni fieri et in tpo sacrificari ibi ipi sacrificiu Nonne taberna
in q luditur et blassemat Ve templu dyali est quo ds exhonorat /
quo go put sustine hoc qui xpianam fidem hnt / Etia culpabiles sunt
q in tra sua talia pmittut fi sic ille culpat est q in tra sua · paganorum
ydolatriam tollerauit / blassemia eni ydolatria videtur ee deterior in hoc q ydolatr
deo aufert honorem suum sed blassemus no solu honorem aufert sed etia
gtumelia infert / Mags pussitus e pnnpno q bona subditorum suorum ar
tipiut qm ds hoc prohibet / qm vo put arripe ad honorem di et salutem aucep
dni eni posset pena pecuniaria impone Nitale ecc q blassemat / No
sut etia sn culpa q locat eis taxillos et silia et q assistut ludentibus vel
blassematibus / cu velint lude desectore blassemacium · iudeis deteriores
in hoc q iudei obturat aures suas audita blassemia et sigu doloris ondut
Et vt breuit dica in hoc put distingui filij di a filijs dyali / q filij di no
put tollerare q pr eorum a blassematibus sagittet / filij aut dyali no curat
qm videt ita dnm sagittari quod tali exemplo pt ostendi / Quidam habuit vxore
que et ex ea tres filios genuit / opera sua / tu vxor eius cu quadam die
litigaret cu eo obiecit quod ipe credebat q tres haberet filios sed vnus tm
erat / requisita vo ab eo quis suus eet noluit ei indicare / deinde cu pr
infirmaretur ad morte et vxor defuncta eet ipe faciens testamentum · oia dimisit
illi q filius suus erat post morte vo eius gtencio facta e inter illos tres

quos tamquam filios suos inferat tamquam cet hereditas quilibet enim dicebat quod
ipse erat filius et quod sua debebat esse hereditas Verum cum hoc delatum esset ad iudi=
cem precepit iudex ut pater mortuus alligaretur ad arborem et ille qui
directius in eum sagittam mitteret hereditatem haberet Unde alligato patre ad arbo=
rem duo ex illis sagittaverunt eum tercius vero videns patrem sagittari offensus est ultra
modum contra alios duos et dixit quod nullo modo patrem suum sagittaret ex quo cognitum
est quod ipse vere erat filius ipsius et data est ei hereditas Sic eciam iudicium fecit
Salomon 3° Regum 3° de duabus mulieribus que litigabant de puero uno
illam enim reputavit esse matrem que non potuit tollerare pueri interfectionem
Sic filii dei non possunt tollerare quod blasfematores patrem eorum sagittent Et nota
quod duplex est blasfemia quedam est oris quedam est cordis De blasfemia cordis
legitur in vitaspatrum Cum quidam frater impugnabatur spiritu blasfemie et tamen sepe pergeret
ad senes et ad abbatem pemonem pro cura illius et non apperiret causam
Abbas pemones videns eum habere cogitaciones blasfemie dixit quid habes Et ille
aperuit quod eum impugnaret spiritus blasfemie et statim ut aperuit apparuit
impugnacio levior tunc abbas pemones dixit cum hec cogitacio te arripuerit
dic ego causam non habeo blasfemia tua sit super te o sathana Anima enim tua
ea non vult et innuitur in verbis istis duplex causa propter quam non sit timendum
in hac blasfemia sicut multi credunt Non enim hanc delectacionem cogitacio blasfemie propter
quam placeat homini sed vehemens timor offense divine adducit cogitaciones
istas sicut homo timidus in tenebris existens et solitarius velit nolit adducit
timor terribilia ad cor suum et nimius amor quem habet mater ad filium qui de
functus est adducit ei memoriam ipsius licet ipsa nolit Preterea dyabolus qui
scit quod displicet viro iusto contumelia et contumelia dei interdum loquitur contumelia dei
in homine ipso homine audiente et blasfemia ista dyaboli est non hominis et mentitur hostis
in hoc quod displicet blasfemia ei et hec duo insinuantur ex predicto blasfemia
tua et tu dicitur hanc enim causam anima tua non vult Summum autem remedium contra istam
hoc est occupacio que animam impleat et contemptus blasfemie talis debet
enim homo parum appreciare cogitaciones tales Hic autem sunt due dubitaciones

Prima utrum blasphemia opponatur confessioni fidei Secunda utrum blasphemia semper sit peccatum
mortale Ad primam dicendum quod nomen blasphemie importare videtur quandam derogacionem alicuius excellentis
bonitatis et precipue divine deus autem ut dyonisius dicit c. 1 de di. no. est ipsa essencia bonitatis unde quicquid
deo convenit pertinet ad bonitatem ipsius et quicquid ad ipsum non pertinet longe est a racione perfecte
bonitatis que est eius essencia quicumque igitur vel negat aliquid de deo quod ei convenit vel asserit de eo
quod ei non convenit derogat divine bonitati quod quidem potest contingere dupliciter uno modo secundum solam opinionem
intellectus alio modo coniuncta quadam affectus detestacione sicut econtrario fides dei per dilectionem perficitur
ipsius huiusmodi igitur derogacio divine bonitatis vel secundum intellectum tantum vel eciam secundum affectum si consistat
tantum in corde est cordis blasphemia si autem exterius prodeat per locucionem est oris blasphemia et secundum
hoc blasphemia confessioni fidei opponitur Ad secundam dicendum sicut peccatum mortale est per quod homo
separatur a primo principio spiritualis vite quod est caritas dei unde quecumque caritati repugnant ex suo
genere sunt peccata mortalia blasphemia autem secundum genus suum repugnat caritati divine quia derogat
divine bonitati ut dictum est que est obiectum caritatis et ideo blasphemia est peccatum mortale ex
suo genere tamen blasphemia potest absque deliberacione ex subreptione procedere dupliciter uno modo quod aliquis non
advertat hoc quod dicit esse blasphemiam quod potest contingere cum aliquis subito ex aliqua passione in verba
ymaginata prorumpit quorum significacionem non considerat et tunc est peccatum veniale et ideo non habet proprie
racionem blasphemie alio modo quando advertit hoc esse blasphemiam considerans significata verborum et tunc non
excusatur a peccato mortali sicut nec ille qui ex subito motu ire aliquem occidit iuxta se
sedentem

quod sic est videre. Cum enim primus homo conditus in statu innocentie
ppriam sanacom Ubi describitur tria in hac muliere Primo turpis eius pa

c Accessit ad christum / nisi enim credidisset posse eum sanare non accessisset. nec salutem ab eo quesisset. In quo fides eius
magna ostenditur / quia desperans de medico corporali in quo omnia sua erogaverat. sed ad christum . Accedebat
ad medicum spiritualem. credens se sanari per tactum vestimenti eius. Unde Crisostomus hec erat mulier sanguine fluens. non
in urbe. non in domo accessit ad dominum / quia iuxta legem urbibus excludebat(ur). sed itinere ambulante ut dum pergit
ad aliam illa curaret

Secundo humilis eius actio ibi Accessit retro Actio fidelis eius cogitatio ibi
Dicebat enim intra se Passio vero eius insinuatur propter tria. propter patientis
fragilitatem Et ecce mulier / propter passionis qualitatem. que sanguinis flu-
xu patiebatur propter patiendi diuturnitatem / quia duodecim annis Marcus autem
superaddit quatuor Primum quia multa perpessa fuit a pluribus medicis Secundum
quia omnia sua erogaverat Tertium quia nichil profecerat Quartum quia eciam de-
terius habebat Curatio autem huius infirmitatis reservabatur celesti medico
qui pro nobis sanandis langworibus sanguinem proprium effundere non expavit
Propter quod sequitur huius mulieris devota Accessit Ecce actio eius comme-
dabilis propter duo Primo propter fidei devotionem quia accessit confidenter
non obstante quod esset ex lege immunda. cui non erat licitum contactare nisi
ad hebreos iiii^to Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius ut misericordiam
consequamur Secundo propter verecundie honestatem. quia retro. que propter pudorem
erubuit in faciem apparere sicut maria magdalena Circa retro accessit
tum quia ex infirmitate verecunda / tum quia secundum legem reputabatur immunda
tum quia ante facile non potuisset venire prae turba. tum propter misterium
confusionis quam debet homo habere pro culpa sua / tum propter humilitatem peccatorum
Et tetigit fimbriam vestimenti eius / quia indignam se reputabat tangere pe-
des domini vel plenitudinem vestimenti habebat enim christus fimbriam iuxta con-
suetudinem Iudeorum / iuxta legis preceptum Numeri xv et deuteronomii xx Ad
cuius evidentiam sciendum quod populus Iudaicus de quo christus erat nasciturus
secundum carnem debebat possidere quandam sanctitatem specialem prae aliis populis. et
ab eis distingui Et ideo data erat ei circumcisio ut quoddam signum distinctivum
in carne Similiter data est Iudeis lex ut haberent quendam specialem modum
vivendi Similiter preceptum erat eis in habitu distingui. ut patet numeri .15. Ubi dicitur
Loquere filiis israel. ut faciant fimbrias per quatuor angulos palliorum ponentes
in eis vittas iacinctinas et vitte iacinctine que erant celestis co-
loris designabant quod debebant habere conversationem eminentem prae ceteris secundum
quod dicit apostolus ad philippenses iii^o. nostra conversatio in celis est Unde sequitur
ibidem numeri .15. ut recordentur mandatorum dei et sint sancti domino deo suo
Talem igitur christus portabat vestem. sicut alia legalia observavit usque
ad passionem Et ideo mulier tetigit fimbriam / quia illud quod est in angulo
pallii quod est a parte posteriori facilius potest attingi Est enim fimbria secundum
ysidorum pendens in vestimento filum. sicut fit in fine stolarum et manipulorum
ad ipsorum ornatum Moraliter In hac muliere signatur gentium salus Et bene
signatur per hanc gentilitas. quia colebat planetas. quod signatur per menstruum
menstruum enim est infirmitas sequens cursum lune. et hoc duodecim annis In
quo unus cum sit superhabundans. nos superhabundans vitiorum in gentilitate

o Pharisei enim longas fimbrias habebant propter vanam gloriam / in quibus spinas acutas appendebant ut eundo pungerent
et sic mandatorum dei recordarentur / sed fimbrie domini non habebant vulnerare / sed potius sanare ideo per dicebat etc

[illegible]

notatur etiam quod duodecim suppenderant annos ex civitatibus partes eius aliquote faciunt
federem. In quo notatur superhabundantia cordis omnis operis et consuetudinis
dicebat enim intra se et in corde suo. In hoc notatur magna virtus fidei
eius Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero scilicet ab hac infirmitate
fab. In desperatis causis sepe in gratia et necessitas. Unde hec mulier magis
fecit in opere quam cogitaverat in corde quia sanata est ad tactum fimbrie
que pendebat de eius vestimento. que plus cogitabat tangere vestimentum tantum
ad dandum intelligere quod si minus etiam aliquantulum fides esset in ore per
confessionem et in manu per operacionem que fit in corde ipsa sufficeret ad sa
lutem Et est nobile quod accessit credens dixit et tetigit tangens curacionem
accepit quia hiis tribus secundum glossam fide verbo et opere omnis salus acquiritur. Et hoc
docet nos quantum sit corpus christi que in fimbria vendit tantum esse virtutis. Et ideo
ergo nos sperare debemus qui non solum dominicum contingimus sed edificimus et
sumimus illam medicinam accepit ex voluntate. De illis quomodo illa medicina
in vobis committitur. De hac muliere leguntur duo miracula Nam de Eusebius
quod postquam sanata fuit fecit ymaginem stei sive statuam ad ymaginem christi
in curia sua que vestem et fimbrias habebat sculptas ut videbat christum
habere et hanc ymaginem habebat in magna reverencia Contigit autem quod subtus
ymaginem crevit herbe nullius virtutis que cum attingerent ad fimbriam
tante virtutis erant ut multi sanarentur Item in hystoria tripartita libro 6
habetur et est dictum beati Ieronimi quod Iulianus Apostota cum cognovisset quod in
cesarea philippi esset simulacrum scilicet quod femina fecerat que a fluxu sanguinis
liberata fuit ipsum deposuit et suam ymaginem ibidem collocavit que fulmine
ictus fracta est hec mulier secundum beatum Ambrosium videtur fuisse martha Unde
in sermone quodam de salute inter beneficia christi que enumerat dicit Dum
largum sanguinis fluxum sanavit in martha dum demones expulit de
maria dum corpus redempti spiritus calore restituit in lazaro Ex quibus
verbis sequitur quod martha fuerat curata a sanguinis fluxu a christo Sed quod
martha fuit hec mulier de qua hic agitur non habetur ex illis verbis plures
enim mulieres paciuntur sanguinis fluxum Et quod autem hec mulier non fuit mar
tha patet per Eusebium in scolastica historia capitulo xj° ubi dicit hanc mulierem
de qua hic loquitur fuisse gentilem et civem cesaree philipi que est
civitas in terra gentium Unde etiam secundum Ambrosium super lucam per hanc
mulierem intelligitur gentilis populus ut statim dicetur martha vero Iudea de
bethania fuit. Et ihesus conversus quia retro posita erat retro stamus tangens
Conuersi quod peccatis polluimur ps Convertere domine usque et deprecabilis esto
super servos tuos Sic habetur luce xx. Conversus ihesus respexit petrum.
Et videns eam dicens mane Gen xl. Salus nostra in manu tua est respi
ciat super nos tantum dominus noster et lucas hunc locum supplent et dicit quod

At ihesus conversus propter fidem dominus pietatis sequitur effectus pietatis in duobus primo in sanacione
emorroisse secundo in suscitacione puelle ibi Et cum venisset ihesus in domum Primum satis est in
itinere secundum in domo Quantum ad primum hanc cum insignia mire quantum ad actum cum dicit conversus
et quantum ad aspectum cum dicit videns eam et quantum ad verbum cum dixit confide filia et ideo dicit etc

statim sanata e mlr ad tactu fimbe et sensit q sanata eet / xpus ac
senties virtutez que de ipo exierat et conuersus ad turbam dicebat Quis
me tetigit Cunctis aut negantibus dixit petrus et qui cu illo erant di
scipuli Preceptor turbe te coprimunt et affligunt et tu dicis Quis me
tetigit Et dixit dns Tetigit me aliquis Nam et ego noui virtutez
de me exisse et circumspiciebat vide que hec fecerat Videns aut mlr
qr no latuit eum tremens venit procidit ad pedes eius et qua
ob causa tetigit indicauit coram ppulo et quemadmod sanata sit con
festim Et dixit Confide filia Nam fiducia dat cu dicit Confide
filia qr ex fide dixit Si tetigero tm vestimentu eius rc Crisostomus formidans
erat mulier Ideo dicit Confide filia et eam vocat filiam Fides enim eaz
filiaz fecit Joh po Dedit eis ptatez filios dei fieri Rab Secundo e
q eam confide misit que si fidem no hret saltez ab eo sanitatez
no quereret Unde glo Credidit vtiq que petijt / sz inculcat robur
et perseuerantiaz fidei Fides tua te saluaz fecit No dicit dns Ego
sanaui te / sz fides tua rc vt vitandaz ostentacionem doceat et meritu
fidei extollat Et salua facta e mlr ex illa hora qua dixit dns Fides
tua te saluaz fecit Item aduerte q hec mlr ut ex litera patet credidit
corde qr dicebat intra se / dixit etiam ore qr ponitur ibi dicebat et teti — tetigit
corde qr dicebat intra se dixit etiam ore qr ponitur ibi dicebat et tetigit opere ad dandum intelligere q si sanitatem volumus consequi spiritualem
optet nos cordis fidem manifestare p oris confessionem Ro x Corde
creditur ad iusticiaz ore aut confessio fit ad salutez Unde dicit Crisostomus Querit
xpus hanc mulierez latere volentem manifestauit Et ad hoc facit causas
adducit prima ne mlr remorsum hret qr contra legez sanguinaria
xpm tetigit Secunda ut ipaz corrigeret qr estimabat xpm latere Tercia
ut fides eius cunctis videntibus exemplum ostenderet Quarta ut manifestaret
se eum cognitorez Quinta ut ostendat quem deus sanat sanguinis fluxu
laborantem in fide Archisynagogum dirigat ob quam causaz eam sanat
Sexta ut in fide archisynagogum dirigat
ettam prius sequm ad filiam eius veniret Ideo ut idem dicit Fidelior fuit
hec mlr archisinagogo Ille eni medicum ducebat / huic tm tactus
fimbrie sufficiebat Allegorice notandum q hec omnia que hic de ista mlr
dicunt scdm Jeronimum et Rab signat ecclesiaz de gentibus collectaz et
rone morbi que hnit et rone medici quo conualuit / et rone tpis
quo accidit Morbus aut fuit sanguinis fluxus qui causat in mlr
sterilitatem Ideo notat ecclesiaz de gentibus congregataz que sterilis ~~esset~~ erat
antequam eet p xpm gratiam fecundata ysaie liiij Letare sterilis que no
paris rc Medicus aut quo conualuit fuit quedaz causalis vma

60

que
videns dns sanare dns synagogaz [deleted] nuptiabat per filiaz principis
huius qui et archisinagogus dr cht v Iuxta illud cht xv Non sum
missus nisi ad oues que pierant domus isrl Primo ergo de gentibus — prius sanari — debet
collegit synagogaz postea in fine vocauit — iudeos
ipsam vltimo resuscitauit filiaz principis Archisinagogi Et hec innuit
Aplus Rom xi Illorum delicto salus est gentibus sic mors puelle oro
fuit sanationis huius mulieris Vnde Act xiii Quia indignos vos iu
dicastis vite eterne ecce conuertimur ad gentes Ipsius vero quo ecclia
de gentibus recollecta delanguit fuit tempus [deleted] exordii sinagoge — natiui
quando mundus per ydolatriam depravato quo est languor ecce Abraham vocatur
de vr Caldeorum Gen xii Cum fuit initium sinagoge ita quidem fuit
tempus prevaricationis gentium et institutionis sinagoge Iudeorum et hoc
patet in illa emorroissa que tot annos habuit infirmitatem quot filia Iairi
habuit etatis vt patet cht v vbi dicitur quod illa puella erat huius annos xii
Moraliter secundum glosam per filiaz istius principis significatur synagoga postquam
deo filios debuit generare spirituales erroribus languens in peccatis moritur
et antequam dns ad eam venit sanandam prius sanauit mulierez que
sanguinis fluxum patiebatur per quam signatur ecclia gentium quia salutem paratam
iudeis preripuit gentilitas duodecim annis sanguinis fluxit sic et illa
filia creneat quia ex quo synagoga cepit deo famulari cepit gentilitas
et ydolatria peccato polluti secundum cht et luc mulier hec omnez substantiam in
medicos erogauit nec curari potuit quia quanto magis gentilitas vi
res naturalis industrie ad phos expandit qui recte viuendi hominibus
precepta dare promittebat tanto minus poterat a sordibus suis liberari
sed vbi celestez medicum cognouit adesse cepit remedium sperare et
querere Vnde glo Luce Et ecce mulier id est ecclia gentium que sanguinis
fluxum patiebatur id est carnalium delectationum xii annis superhundans in
vitiis accessit fide retro per ascensionez eum sequitur Et tetigit manu
fidei fimbriaz vestimenti eius fimbriaz non vestez quia non vidit in carne
dnm sed suscepit per Aplos incarnationis verbum Dicebat enim intra se
corde credebat ad iustitiam Si tetigero tantum vestimentum eius id est suscepero
fidem incarnationis salua ero id est ab omni iniquitate mundabor At ihs
conuersus a iudicio ad mulierez Et videns quia quos prescivit et predestinauit
hos et vocauit Confide id est habe spem filia Deo filia quia fides tua
te saluaz fecit meo quod credidisti Et salua facta est mulier ex illa hora
Ex illa hora diuini aduentus cepit habere salutem Ad literam Sanauit
mulierez in via antequam suscitauit puellaz vt ondeat nobis quod non solum
in [deleted] sed et in via debemus bonis operibus occupari Item vt per
tio

miraculum statim in via archisinagogi qui hoc videns festinaret de suscita-
tione filie sue Mistice ut significet quod primo venit ad iudeos sed tamen etiam
gentium primo curanda erat Moraliter per hanc mulierem emorroissam signa-
tur peccator vitio carnali sanguinolentus Ysa° p° Manus vestre i. opera sanguine
plene sunt Illis xii annis huic vitio serviebat quando superhabundat per-
petrator in vitiosis actibus Que autem mulier multa perpessa fuit et dicitur
Marci signat quod multa sustinent huic vitio dediti quia dura et amara
passa ab his etiam quos amat maiora secta sed molestias corporis
cecitatem mentis, dampna rerum, odium hominum, dispendium fame Item
erogavit omnia pro voluptate carnis, etatem, vigorem, decorem, substantiam
vitam substantiam etc. Sed tales quoque querunt remedia supervacua con-
tra illam passionem sed nichil proficiunt quia sicut dicit Ieronimus super Ozee ii° po
Luxuria insatiabilis est bestia et voluptas ut quanto magis capitur
tanto amplius sitim creat vires desinunt et fornicandi desiderium
non quiescit Nemo igitur ab hoc vitio poterit emundari nisi tetigerit
fimbriam Christi Sed videamus quenam sit fimbria ista eius vestimentum quidem
eius humanitas est Phil. ii° habitu inventus ut homo fimbria vero que est
extremitas vestimenti passio Christi in carne ubi vestimentum illud humani-
tatis tamquam in fine consummatum est hanc fimbriam qui tetigerit a carnis et san-
guinis fluxu emundabitur Tangit autem credendo meditando compatiendo
et imitando ea que sunt passionis et mortis domini nostri Ihesu Christi Unde
Apostolus Phil. ii° Hoc sentite in vobis quod et in Christo Ihesu etc. Est adver-
tendum quod mulier fluxus sanguinis et fimbria significant animam peccatricem que est
mulier a mollitie dicta quando anima peccat est inflata sic mulier que fluxum
sanguinis patitur Fluxus sanguinis est immunditia manifesta peccati Unde Ozee
iiii° Sanguis sanguinem tetigit i. immunditia mentis immunditiam operis tangit
Sed patiebatur fluxum duodecim annis denarius ad decem precepta veteris te-
stamenti binarius vero ad duo ~~nova~~ testamenta refertur duodecim quo annis
fluxum sanguinis patiebatur quia publice malitia instigatur contra utriusque testamenti
precepta comaculatur Unde Ozee iiii° Fornicati sunt i. publice peccaverunt
et non cessaverunt quia deum dereliquerunt scilicet in non custodiendo utriusque testamenti
precepta Sed nota quod lucas dicit quod hec mulier omnem substantiam erogavit in
medicos nec ab ullo potuit curari sed deterius habebat Ubi nota quod
medici sunt affectus carnales de quibus Ihesus numquam mortuos suscitat
medici carnales enim affectus non suscitant animam a peccato sed suscitatam oc-
cidunt et in inferno sepeliunt Consumunt multos homines in his medicis utriusque
hominis scilicet corporis et anime omnem substantiam expendunt et curari ab infirmitate

no pnt ymo detius hnc/ ppt qd dr in philip Asa egrotauit dolore pedu
vehementissimo nec in infirmitate qsiuit dnm ꝫ in medicorum arte confisus
dormit cu prib9 et mortu9 e Asa interptat attollens et sigt diuitem
hmo mundi qui se attollit in diuitiis et amblat in arrogantia sua
Iste egrotat dolore pedu duos pedes ht aia quib9 sustentat ꝫ spez
et timorez quorum virtute dnes hōr pnatus e qr spem suaz ponit in thes
auris que timet amitte et spat acquirere/ et sic magis confidit in arte
meditorum i industria sagaci sua experien affectum carnalium qz in dnio
et ideo dormit in pctō et moritr et sepelit in infno Nō go in medicis
e confidendum ꝫ in fimbria illius vestimenti De qua scribit accessit retro et
tetigit fimbriaz vestiti xpi Vestimentu xpi e eius benedicta caro scōe
Amicam purpuream fecit ei sua mr hmo aut vestimenti fimbria e ipsa pas
qua in cruce portauit vbi vestimentu eius factum e rubeu Vnde ysa
lxxiiio Rubrum e vestimentu tuu et torculare sz passionis calcaui fim
briam igr vestimenti eius i passionem eius dicitur debet aia pctrix
tange ꝫ Si tetigero fimbriaz vestimenti eius i si habero memoriaz pas
sionis eius salua ero/ qr nich e tam efficax remedium cont pctm
et conṫ cuius medicina sic passio xpi Ostendit enim ipa passio ꝯuitit
ad bonum et trahit ad xpm/ Et nich nobis efficacius e qm pietas hui
militas et caritas eius Vnde ait Jo xii Si exaltat9 fuero a terra oia
traham ad meipm i passio mea p qua exaltat9 sum in cruce defixit
in cordib9 pctorum ipos qz trahet ad conpassionem et amorez meu Si go
o aia infirma vis a tuo fluxu sanguis curari tange fide et deuotione
apphende ore et ope fimbriaz passionis xpi Si si tetigis et apphendis
audire ab ipo mereberis Confide filia fides tua te saluaz fecit
nō s fides mortua ꝫ fides viua que verbo corde et ope ꝯpromit
hec acquiret gram dei in psenti et glam in futro
Vbi sciend qr pnceps ille scdm marcu vocabatur Jayrus pnceps syna
goge Jayrus aut interptat illumiat9 ul illuminans et sigt quelz xpianu
qui debet ee illuminat9 illius luminis de quo Soph i In tpe illo scruta
bor ierlm in lucernis Vbi nō qr quatuor sut lucerne Pma e vbu dei de
qua ps Lucerna pedib9 meis vbu tuu et lumen semitis meis Vbi
attende qr pus dixit pedib9 et postea semitis qr cu vbu diuinu au
dim9 pus corde clarificam ut postea rectis gressib9 amblemq Scda
e bonorum opm de qua luc xii Sint lubi ved pcincti et Tcia est
recte intentionis que illuiat congeriez bonorum opm de qua mt vio
Lucerna corporis tui i opm tuor e ocul9 tuus i intentio tua Si fuit ocl9
tuus simplex i intentio opis recta s ad honorez dei totu corpus i
tota congeries opis tui lucida erit Qrta e hunanitas ihu xpi me
moria de qua luc xv Nōne mulier accendit lucernaz et quit dragmaz

17

qua perdidit Ubi nota quod in lucerna sunt quatuor scilicet testa stupa oleum
et ignis illuminans In testa memoria fragilitatis In stupa pena asperitatis
In oleo unccio primi In igne dilectio dei designatur Beata anima que
talem sibi lucernam preparat ut dragmam amoris perditam inveniat ut
cum lucerna angelus consciencie sue quilibet debet extergere et diligenter querere
dragmam caritatis perditam donec inveniat illam Ergo dicit dominus In
tempore illo scilicet in tempore iudicii scrutabor Ierusalem id est quemlibet christianum investiga-
bo in lucernis id est si statim verbum predicacionis quod audivit vitam suam emen-
davit Si luce bonorum operum aliis ostendit Si recta intencione in opere perse-
verat et si exemplo humilitatis et paupertatis Christi vitam suam reformavit
et sic quilibet christianus debet vocari Jayrus Item debet esse princeps sinagoge
Math. xxi Stupa collecta sinagoga peccatorum et congregacio illorum flamma
ignis quoque sensus corporis sunt quasi stupa collecta que de facili ignem
concupiscentie attendit Ideo Jayrus id est christianus debet principari et dominari
ut dicere possit illud Abakuk ii° Super custodiam meam stabo et figam
gradum meum super municionem et contemplabor ut videam quid michi dicatur
et quid respondeam ad arguentem me Super custodiam suam stat qui omni
diligencia custodit corpus suum Super municionem gradum suum figit qui sensus
corporis reprimit cum proposito finalis perseverancie et sic videt quid debeat
respondere temptacionibus suis Sed heu eos permittit evagari ad sua desideria et
labitur in diversa vicia et peccata que ipsius animam occidunt et tunc potest cum
dolore dicere Filia mea modo defuncta est Filia principis in domo defuncta
ita est quando anima cuiuslibet christiani in corpore in peccatis est mortua Secunda id est
peccatum cum consumatum fuerit generat mortem scilicet anime In morte illius mulieris   Regum 4 quasi habetur
De qua iiii Regum ix Jezabel filia regis audito quod venit Jehu oculos suos stibio   Jehu
et ornavit caput suum respiciens per fenestram ut placeret principi Jeza
bel precipitata est ad preceptum Jehu a duobus eunuchis et conculcata
est pedibus equorum mortua est Per Jezabel que interpretatur cohabitatrix
intelligitur anima cuiuslibet fidelis que creata est ut sit habitatrix celorum angelorum
Similes enim in natura debent simul habitare et quia anime nostre sunt similes angelis
in natura intellectuali ideo simul in celo habitare debent De quibus Ezechiel xxviii
habitabunt in ea secure scilicet in civitate celesti quia sunt cives eius Ephesi ii°
Iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum etc. Et ideo anima cu-
iuslibet fidelis recte vocatur filia regis id est dei per creacionem facta ad ymaginem eius
et filia eius per passionem resuscitata in gracia ipsius Gen. xxx Jacob id est Christus habuit
filiam nomine Dynam que interpretatur causa ipsa anima fuit causa incarnacionis passionis
et mortis filii dei quas per eius amorem libenter sustinuit ut eam de morte
ad vitam revocaret et nichilominus ipsa tanti beneficii oblita et huius amoris et
ingrata Christum contempsit et pedibus equorum se ipsam sponte supponens id est demonum

Demonum se subiciens consultata ab eis mortua est Unde hanc insignam depso
rat Jezabel in persona xpi dicendo rex Decepisti me filia mi id est putasti me
decipere et tu ipsa decepta es Sed sciendum quod causa huius mortis fuit tres quia
unxit oculos suos stibio quia ornavit caput suum quia per fenestram aperuit
ut placeret principi Jehu in sua vanitate Primo anima peccatrix unxit
oculos suos stibio Stibium est ungentum meretricum meretrices aut sunt anime
ille que contempto sponso suo xpo dyabolum sequuntur in coitibus et adulterio
carnibus quarum oculos scilicet intellectum et voluntatem dyabolus unxit ungento
desideriorum carnalium et affectibus rerum temporalium ut intellectus non videat nisi
carnalia et affectus non diligat nisi mundana et temporalia Cuius statim
i finaverit oculos suos declinare in terram id est in terrenis et vanis Secunda causa
mortis anime est ornare caput suum Caput anime est sua consciencia que ornari
debet gratiis divinis et virtutibus Sed anima vana et misera et contempta virtutum
ornatu se ornat viciis et iniquitatibus iiij regum xj Athalia
impiissima ornavit fanum baalim scilicet contempto templo domini per Athaliam
que interpretatur declinans domini intelligitur peccatrix anima recedens a domino deo suo
et ideo impiissima quia propriam utilitatem contempnens dei et creatorem suum fu
git et ad baalim id est dyabolum confugit et ad hoc ornat phanum eius id est do
mum consciencie viciis et peccatis in honorem dyaboli et famulum eius et hec tercia
fuit causa mortis eius [illegible] in. Tercii faciunt peccatum et iniquitatem hostes
sunt anime ipsius mortem quod eam occidunt Racio est quia vita anime est gratia dei
quam gratiam aufert peccatum mortale et peccatum animam occidit Ezechielis xviij Anima
que peccaverit ipsa morietur Tercia causa mortis anime est respicere per fenestram
principem Jehu Ubi nota quod fenestre anime sunt sensus corporis et sunt quinque
sunt quinque sensus sunt quinque fenestre per quas vicia et virtutes ingrediuntur
ad animam Per hos enim sensus secundum Gregorium quasi per quasdam ianuas aut
mors aut vita intrat per animam Quando enim anima in apercione harum fenestrarum
delectatur et vanitatibus et levitatibus sensuum concedat ut principi Jehu
qui interpretatur malefitius id est corpus a quo omnia maleficia oriuntur complaceat
tunc mors intrat per animam sicut Jeremie ix Intravit mors per fenestras nostras
Sed sciendum quod cadendo de fenestra precipitatur a duobus eunuchis precepto prin
cipis Jehu id est corporis Isti duo eunuchi sunt mundus et dyabolus qui voluntatem
corporis et carnis faciunt et ei in detrimentum anime obediunt Et dicuntur eunuchi
quia filios bonorum operum et filias virtutum generare non possunt et tamen hii duo
scilicet mundus et dyabolus anime nunciant carnis voluntatem facientes videret etiam
in fenestris id est delectari in visu et auditu et ceteris sensibus eam precipitant
de predicto sensu in peccatum operis et ita eam occidunt et tunc peccator vere
poterit dicere illud Filia mea defuncta est
Et cum venisset ihesus in domum principis et vidisset tibicines et turbam
tumultuantem dicebat Recedite non enim mortua est puella sed dormit

et deridebant eum Et cum eiecta esset turba intrauit et tenuit manum eius
et surrexit puella et exiit fama hec in vniuersam terram illam Hic agit de
suscitatione puelle circa quam ostendit tria Primo suscitationis ordinem
Secundo modum ibi Et cum eiecta esset puella Tercio famam ibi Et exiit fama
In ordine eiciuntur tria tibicines qui agunt musicis et tumultuosi
qui agunt verbis et irrisores qui agunt signis Dicit ergo sic Cum
venisset Ihesus in domum principis et vidisset tibicines Secundum glossam Ti-
bicines sunt carmine lugubre canentes diuerse enim melodie excitant
diuersas passiones in homine Aliqui enim excitant audaciam sicut patet in
bellicis tubis Et alique deuotionem ut patet in cantibus ecclesie Alique
leticiam sicut patet in diuersis instrumentis musicis Et alie excitant fletum et
lamentationem et talibus vtebantur antiquitus in sepulturis magnorum personarum
ut prouocarent multitudinem ad fletum et tales dicuntur hic tibicines carmen
lugubre canentes et turbam tumultuantem i. latinantem et eiulantem
et istud vocatur tumultus quia transit sonum confusum Nota christiani
non conueniunt in exequiis tales eiulatus et tumultus habere Unde apostolus prima
ad Thessal. 4 Non contristemini sicut ceteri qui spem non habent licet sit naturalis
dolor de morte amici sui tamen habere eiulatus et latinaciones excessiuos
maxime in christiano de christiano reprehensibile est Item non non debet homo
contristari saltem inordinate et excessiue de morte carnis quia vita presens
miseriis et malis est plena Unde mors est quasi portus omnium que susti-
nemus Et ideo propheta mortem beneficium vocat dicens Commisce animam meam
in requiem tuam quia dominus benefecit tibi quasi de hoc tu luges quod est beneficium
Moraliter tibicines sunt blandimenta seculi que trahunt in luctum prouerbiorum 14
Extrema gaudii luctus occupat Item nos ad peccatum inuitantes morti
fedus sirenarum cantus surda aure pertranseamus Vel sunt adulatores vel
magistri erroris in errore suos subditos demulcentes Vel sunt scientie facul-
tates Unde Boecius Quis has meretriculas scenas ad hunc egrum
permisit accedere que dolores eius modo nullis remediis fouerent verum
insuper dulcibus venenis alunt hee sunt que infructuosis affectuum spinis
vberem fructibus segetem racionis necant hominumque mentes assuefaciunt
morbo non liberant et turbam tumultuantem scilicet amicorum carnalium vel
cogitationum immundarum vel affectionum libidinosarum vel solicitudinem terrenarum
Dicebat recedite non est mortua puella sed dormit quod de resurrectione alicuius
non est mortua puella quia licet esset mortua secundum vitam nature non tamen erat
mortua illi qui eam poterat suscitare Unde glossa vobis mortua est deo autem

Unde Beda . ideo autem erant digni ut viderent misterium resurgentis qui resuscitatorem indignis contumeliis irridebant quamvis autem dominus irrideretur ab eis non tamen desistit ab incepto in quo instruimur bonum quod cum derideremur a malis non ideo debemus desistere a bono incepto

Intrauit cum patre et matre puelle quos in fide confortare tanto miraculo disponebat ac petro Jacobo et Johanne quos specialiter instruere volebat (hos enim quasi voluit habere testes miraculi) ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum In hoc etiam facto ostendit nobis dominus quod blasfemus et
qui suscitare potest dormit Et ideo dicit dormit quia poterat eam ita faciliter vel facilius
suscitare sicut homo potest alium a sompno excitare Vel mortem eius vocat dormi
tionem quia cito surrectura erat Et deridebant eum quia credebant quod loqueretur ex
ignorantia quia sciebant eam esse mortuam Christus derideri in turpis principium
nec irascitur nec arguit eos quia quanto maior fuit derisio tanto postea ma
ioris virtutis ostensio Et cum eiecta esset turba hic subditur modus suscitationis
In quo tamen contrarium primum est remoto omne impedimento Secundum operatio cause
efficientis ibi Intrauit Tertium obediencia creature obsequentis ibi Et surrexit
puella Dicit ergo Et cum eiecta esset turba scilicet tumultuantium et deridentium
ipsum etc. Fiet derisores et exibit cum eo in regnum Non enim erant digni vi
dere miraculum ex quo fuit incredulitas Intrauit ergo locum ubi mortua iace
bat cum patre et matre eius petro Jacobo et Johanne ut habetur Marci v et lu
ce viii ad hoc ut isti essent testes miraculi Et tenuit manum eius per tactum
enim creauit ut ostendit se esse verum hominem et surrexit puella ad vitam
perfecte restituta Et exiit fama tante clemencie que afflictorum precibus conde
scendit tante sapiencie que sic omnia bene disponit tante potestatis que talia et
tanta fecit In terram illam Notatur secundum glosam Turba irrisorum
eicienda est ut anima resurgat Secundum lucam Eiecta turba illis adhibetur
nisi petrus Jacobus et Johannes et pater et mater puelle quia blasfemis et irri
soribus non sunt reuelanda misteria sed fidelibus qui honorent Unde alias
Justificata est sapiencia a filiis suis Item secundum glosam notatur puella surgit primi
delectacionem adhuc corde tecta nondum ope perpetratam cuius faciliter correccionem
dominus ostendit dicendo puelle surge Naim in aliis duobus quos suscitauit aliquando
uidetur fecisse moram vel in dicendo vel in expectando ut Juuenis tibi
dico surge pro lazaro fremuit spiritu turbauit se fleuit clamauit puella in
domo patris arbitris surgit et eis ut nemini manifestet precipitur Juue
nis extra portas multa turba comitante Lazarus quatriduanus coram multis sub publica
nota publico eget remedio leuis leuiori et secreta potest deleri penitencia Glosa
dicit hic usque hodie iacet in domo principis mortua puella et qui
videtur magistri tibicines sicut carmine lugubre canentes turba quoque mimorum
non turba credentium sed tumultuantium est cum intrauit plenitudo gentium tunc omnis
Israel saluus fiat Cum omnis Christi actio nostra est instructio secundum Augustinum inde
vera religio tenetur est quod omnia que circa resuscitacionem puelle et ceterorum
mortuorum gesta a Christo leguntur ad nostram moralem instructionem congruunt
Et secundum hoc verba premissa de resurrectione puelle mortue vita nunc ad
litteram dicta moraliter exponi possunt de resuscitacione cuiuslibet anime mortue
vita gratie que mors spiritualis multo miserabilior est morte corporali Quia
irrisoribus non sunt reuelanda misteria sed fidelibus qui honorent ea Et secundum Crisostomum in hoc quod turba
eicitur et discipulis solum in domum intrant et nec hii omnes erudit nos gloriam que est a multis
euitare Unde et Theophilus mortuam suscitans eicit omnes qui nos docens absque inani
gloria esse et nichil ad ostentationem facere Non enim humilis Christus ad ostentacionem volebat aliquid operari Postea
autem tres discipulos permisit dominus tamen intrare sicut Crisostomus Et agonem sue orationis Primo propter eorum
dignitate Secundo propter significandam trinitatis fidem Tercio propter testium numeri sufficienciam Quarto propter omnium statuum gene
ralem et condecentem Per petrum enim qui uxorem habuit fuit coniugati Per Johannem qui virgo fuit virgines
Per Jacobum qui nescitur utrum virgo fuisse vel uxorem habuisse vidualis status Primum autem et matrem permisit
intrare propter eorum consolationem propter eorum incredulitatem et propter eorum testificationem

Notandum quod quatuor genera hominum Christum leguntur derisisse, scilicet divites avaros, principes prelatos, milites ama-
ros, simplices ignaros. Et isti minus peccaverunt inter omnes. De primis habemus Luce 16 ubi Christus legitur
docuisse quod nemo potest deo servire et mammone. Et ideo subdit sic: Audiebant omnia hec pharisei qui
erant avari et deridebant eum. De secundis Luce 23: deridebant eum dicentes: alios salvos facit,
seipsum non potest salvum facere. Et in eodem capitulo: Sprevit autem illum Herodes et exercitus eius, illusit
indutum veste alba. De tercio genere hominum legitur: Illudebant autem ei milites accedentes et acetum offe-
rentes illi dicentes: Si tu es rex iudeorum, salvum te fac. De quarto ~~Luce~~ 8: quando suscitavit filiam
Archisinagogi, quod dixit: non est mortua puella sed dormit, deridebant eum scientes quod mortua esset.
Cum ergo Christus tot pro nobis derisiones sustinuit, felix est qui pro eo vicem rependens derisiones
malorum equanimiter sustinebit. Nisi enim sanctus a mundi dilectoribus contempnatur, viam Christi non seque-
tur discipulorum eius. Qui enim mundum reliquit et honorem tamen a mundanis requirit, iste videtur deo ser-
vire sed mercedem recipit adhuc. Gaudeant ergo mundi contemptores quociens vite sue vivemet irri-
sores. Primo ex hoc accipiunt argumentum quod viam dei imitantur si a mundi dilectoribus tamquam fatui
contempnantur. Unde Seneca libro de moribus: Nondum felix es si non te turba irriserit. Si beatus esse vis,
cogita hoc primum contempnere ab aliis contempni. Et 1 Cor 4: Spectaculum sumus mundo et angelis
et hominibus, dicit Apostolus de se et de suis sociis. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo,
et est yronice dictum. Boni putantur vos esse prudentes quod tacetis quando non est verum. Unde Augustinus su-
per psalmo 26 et ponitur ibidem in glossa super illud: spectaculum facti angelis et hominibus. Boni enim angeli et boni
homines laudant nos, mali irrident. Hec sunt dextera et sinistra. His utimur quasi armis ad feriendum
dyabolum laudantibus et vituperantibus, sed nec ista elevat nec ista frangat. Hec Augustinus. Notandum quod inter
locutiones humanas una que vehementer contrariatur virtuti est derisio, et est derisio locucio deordinata de defectu hominis
propter ludum ut inde homo erubescat. Unde interdum deridentes sunt quod derisio est peccatum et divine gloriam, quia homo
habet in consciencia sua de bono virtutis per erubescenciam statum meo [illegible] propter ludi. Unde Aristoteles dicit 4 Ethicorum est no-
tandum quod circa ludum contingit reperire sic [illegible] et defectum et medium in quo consistit virtus. Est enim ludus necessarius ad
vitam sicut quedam requies mentis, quia si mens humana semper extenderet circa seria, hebetaretur et fatigaretur nimis,
et ideo conveniens est quod per locos et tempora habeat requiem. Unde cum est per ludum tamen dicitur superhabundancia quod sic dicit Aristoteles

q(uo)d ethi(cus) delectac(i)o e(st) nec(essar)ia ad vita(m) sic sal ad cibu(m) modicu(m) n(on) de sale suffic(it) p(ro) mag(na) p(ar)te cibi (uer)u(m) si
(quan)ta ps tibi foret de sale m(ihi) valet (ergo) mod(icu)m de ludo (et) certis t(em)p(or)ib(us) sufficiat ad q(ui)etez iner... (uer)u(m)
illi q(ui) totu(m) t(em)p(us) su(u)m expendu(n)t ludis venac(i)o(n)ib(us) aleis taxillis excessiui sunt et vic(i)osi i(n) ludo
de q(ui)b(us) v(er)ificat(ur) id sap(ient)ie 15 Estimaueru(n)t lud(um) e(ss)e vita(m) n(ost)ram dicit g(lossa) q(uod) tales loco p(re)allegato
q(ui) nimis derisui superhundant in ludo et sunt tales qui no(n) curant quid dicant siue sit placitu(m)
siue offensiuu(m) siue honestu(m) siue inhonestu(m) dum causet risu(m) et tales sunt ... nil deside-
rantes nisi risu(m) et vocant(ur) bom-olochi i(d est) raptores templor(um) et imponebat eis h(oc) nome(n) ad simil(itudin)e(m)
miluor(um) volitanciu(m) circa templa gentiliu(m) q(uia) in illis n(on) locis relinquebant intestina de sacrificiis aliq(ua)
(uer)u(m) sic miluu(s) (con)tinue volitat circa templa no(n) aliud vacantes nisi ~~templa~~ ut rapiat intestina / ita
bom-olochi in (con)u(er)sando cu(m) ho(m)i(ni)b(us) quid aliud explorant nisi defectus ho(m)i(nu)m quos possint incitare
ad risu(m) tanq(uam) in alijs et in alijs ... et talis lud(us) no(n) e(st) liberalis nec disciplinatus sed
causa servilis et indisciplinatus q(uia) ad lud(um) liberalez requi(ritu)r q(uod) dicant(ur) placita et honesta Est (er)go no(tan)d(um) q(uod)
derisio q(ua)tuor facit q(uia) ostendit stulticiam suppedit amiciciam offendit iusticiam et incedit maliciam
P(ri)mo ostendit stulticiam q(uia) qui deridet ho(m)i(n)em similem s(ibi) p(ro) defectu (con)tingenti n(atur)ali u(e)l mo(r)ali ignorant p(ro)p(ri)am
fragilitatem p(ro)pt(er) e(n)im fieri de risibilis de q(ui)b(us) si deus p(er)mittat (uer)u(m) Greg(orius) 22 mor(alium) c(apitulo) 10 Quid
sumus hodie nouimus quid at paululu(m) post esse possumus nescimus hij vero quos fortassis despicimus
et tarde p(er)u(en)i(u)nt incip(er)e et nos vitam nostram ... anteire studijs / timendu(m) itaq(ue) e(st) ne nobis
tardetib(us) surgat qui nos stantib(us) irridet q(uia) nos stare iam scio nouit qui no(n) statem nouit
irridere h(ab)et Greg(orius) Et ideo adiutat q(uia) illud Job 12 Cu(m) certos irrisis tu(m) (con)futabis q(uo)d d-
(con)stat q(uod) sic q(uia) p(ro)u(erbiorum) 3 c(apitulo) de deo d(icit) illusores ip(s)e deludet S(ecund)o suppedit amiciciam q(uia) ut sic c(ausa) (con)tencionis
et discordie p(ro)u(erbiorum) 22 Eice derisorem et exibit cu(m) eo iurgia T(er)cio offendit iusticiam facit n(on) deriso
alt(eri) q(uo)d s(ibi) nollet fi(eri) Et ideo p(ro)u(erbiorum) 19 Parata sunt derisoribus iudicia Q(ua)rto incedit malicia(m) ... n(on) in lude
et sub sp(eci)e ludi incedit inhonestate ... et (con)mitti(t) medacium ficti ... q(uo)d omnis amicus fradulent(us)
exemplum incedit et vir ... sua(m) deridebit et veritate no(n) loq(ue)t(ur) Et io(hannes) ... derisores dat scriptu(ra) ... dicit
n(on) q(uod) no(n) sunt arguendi de iniq(ui)t(at)e no(n) e(st) instendi d(e) fatui(tat)e sunt eiciendi d(e) societ(at)e et sunt ... a dei maiest(ate)
De p(ri)mo p(ro)u(erbiorum) 9 Noli arguere derisorem ne odiat te argue sapientem et diliget te De 2o id(em) ... de
... p(ro)u(erbiorum) 22 Eice derisorem (et) c(etera) De 3o in ps(almo) Tu d(omi)ne irridebis eos et ad
nichilum deduces o(mn)es gentes Et s(ecundu)m ... t(ame)n p(ri)mus ... iudicem in deriso dedisti (et)c(etera)

et ad insinuand humilitatem docens dns ihus fuge ostentacionem et inanem gloriam precepit pluribus ne alicui dicerent gaudens ut dicit
Seneca verum largitor bonorum est non autem cupidus glorie. datque totum mundi recipiens. et tamen exivit fama hec in universam terram predicte
gallilee ad manifestandum miraculi magnitudinem et veritatem ubique prohibuit quod dns iactanciam non miraculi manifestacionem quia
res passa se indicabat et maiestatem faciebat, ac si diceret Nolite gloriari in bonis operibus vestris sicut nec ego in meis
Ubi tamen quod xps precepit opera miraculorum propter mundi honorem seu vanam gloriam non publicanda sed ad gloriam dei predicanda et
ratificandam propter que dns miracula faciebat non prohibuit enarrari Unde et parentes puelle de precepto dni tacuerunt propter humanam
applausum miraculum non publicando nec tamen prohibendum fecerunt hoc ad gloriam dei predicando Et sic fecerunt duo ceci. Relati de quibus
... predicitur

anima separatur a corpore Hac autem morte spirituali anima separatur a deo Unde Augustinus
Plangis inquit corpus a quo recessit anima. et non plangis animam a qua
recessit deus. quod pro magno impedimento habetur. hec Augustinus Circa hac autem
materiam ad similitudinem mortis corporalis de morte spirituali loquendo tria sunt consi- | Que ad peccatum pre-
deranda Primo de peccati ingressu quo peccatum assignatur ~~Scdo~~ Tercio de peccati recessu | veniunt Secundo de peccati
in quo anima a morte ad vitam resuscitatur Circa primum est sciendum secundum | 3 processu
Augustinum in sermone dni in monte li. i. ca° xij. Ex tribus gradibus ad
peccatum pervenitur scilicet suggestione, delectacione et consensione Suggestio fit sive
per memoriam cum aliquid illicitum cogitamus sive per corporis sensus cum | alia suggestio unde
aliquid videmus. seu audimus vel olfacimus seu gustamus Delectacio autem | ...
est ad fruendum eo quod suggestum est ~~corp~~ appetitus assurgit. ut quis
ieiunans visis cibis appetit comedere. vel visa pulcra muliere cupiditas
assurgit Et hec delectacio in sensualitate consistens. assimilatur eve que
ante consensum nullum peccatum est. vel tam tenue ut pene nullum sit Sed si con-
sensus supervenit perficitur notum deo in corde nostro eciam si facto non inote-
scat hominibus Et huiusmodi consensio est in racione tamquam in viro Sed sciendum
quod duplex est consensus Primus est in delectacionem cogitacionis. alius in comple-
cionem operis De primo dicit Augustinus xij de Trinitate Cum sola inquit cogi-
tacione mens oblectatur illicitis. non quidem discernens faciendum tenens
tamen et volvens libenter que statim ut attingit respuere debuit. de | Negligens est
talibus quoque cogitacionibus venia petenda est. pectusque percuciendum et dicendum | peccatum ... longe
Dimitte nobis debita Et faciendum autem quod sequitur tamquam in orde ingredi | magis ... in
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris De secundo consensu Augustinus in ser- | ope statuitur in perficiendo
mone dni in monte Cum quis consensit in factum, videtur saciari et ex- | committit peccatum in
tingui cupiditas. sed postea cum suggestio repetitur maior accenditur | corde suo Si autem
delectacio que tamen adhuc multo minor est quam illa que assiduis factis | in factum processit
in consuetudinem vertitur ut statim dicitur De hac materia plenius habes ~~in~~ | supra eodem capitulo
~~...~~ Quid cogitatis mala in cordibus vestris Omnes
igitur tribus gradibus quis pervenit ad peccatum. quorum quidem distinccio ex
tribus Evangelistis in quibus tres de morte huius puelle dissenciunt Nam
lucas dicit quod moriebatur Marcus dicit in extremis est Sed Matheus dicit
mortua est Anima igitur perveniens ad peccatum. primo moriebatur per sugge-
stionem quasi apposito sibi veneno a serpente hoc autem ubi moriebatur est
peccatum imperfectum. et venenum suggestionis adhuc est sine effectu Secundo anima
est in extremis. et hoc per delectacionem. apposito enim sibi veneno. anima vero
in extremis laborat. cum velit acceptare per consensum. et sic iam in secundo
gradu et morti propinquior Tercio accedente consensione venit anima ad

ca m

trium gradu et tunc mortua est quia venenum venit ad cor Et hoc de primo Circa secundum secundum Augustinum ibidem peccati sunt tres differentie scilicet in corde in facto et consuetudine que sunt quasi tres mortes anime Et significantur per tres mortuos qui leguntur in ewangelio a domino suscitati Vna in domo scilicet hec puella de qua legitur hic ~~in premisso themate~~ per quam signatur peccatum cordis dum videlicet corde consentitur libidini procedendo ad tercium gradum premissum Alter mortuus fuit portatus extra ciuitatem videlicet filius vidue de quo luce vii° per quem signatur peccatum operis cum videlicet consensio que est in ~~corde~~ quasi exit portam procedit in factum et tunc est peccatum gravius Tercius mortuus fuit lazarus iam quatriduanus in sepulcro de quo habetur Joh xi per quem signatur peccatum in consuetudine deductum quo homo iam redditus quasi putridus et hoc est gravissimum Et hanc consuetudinem vincere difficillimum est ut dicit Augustinus ibidem Vnde et Gregorius in Omelia Vsitata culpa obligat mentem ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem tenatur et labitur quia vbi sponte dum persistit ibi etiam cum noluerit coacta cadit et hic non desperet sed ad penitenciam currat cum dei adiutorio consuetudinem superabit ut dicit Augustinus vbi supra Secundum quod secundum processum aggrauationis peccati consensum debet modus penitendi exemplo domini in tribus predictis mortuis Vnde Beda Quanto magis grauior est mors

Vn iacentem magdali mortis carnalem vero resuscitat

anime tanto acrior penitentis fervor assistat Delatum foras iuuenem pluribus dictis corroborat Ad quatriduanum vero suscitandum fremuit spiritu lacrimas fudit et voce magna clamat Notandum autem quod sicut peccatum corporaliter male morti sic per appositum penitencia bone morti Dicit enim carnes mortuorum

consumit in sepulcro ita vere penitentes cotidie

cotidie seipsos mortificat propter deum quos Romanos propter te mortificamur tota die Huiusmodi autem mors est nobis necessaria si volumus venire ad spiritualem resuscitationem Mortificare autem in nobis debemus per penitenciam quinque Primo vagos mores et hoc spirituali disciplina psalmus Apprehendite disciplinam Secundo inutiles confabulationes et hoc vtili taciturnitate vbi dicit Gregorius Taciturnitas est perfecte ciuitatis acquisitio vere pacis conseruatio amicorum multiplicatio eterne beatitudinis adeptio omnium virtutum consolatio Tercio malas cogitationes et hoc memoria passionis Christi Vnde Augustinus in libro de virginitate Inspicite vulnera pendentis sanguinem morientis precium redimentis cicatrices resurgentis Caput habet inclinatum ad osculandum cor apertum ad diligendum brachia extensa ad amplexandum totum corpus expositum ad redimendum hec quanta sint cogitate ~~hec~~ in statera ~~per~~ corde appendite vt totus nobis figatur ~~sit~~ in corde qui totus pro nobis fuit in cruce fixus Quarto motus carnales et hoc continentia et castitate Vnde Apostolus ~~[illegible]~~ in mortificate membra vestra que sunt super terram Quinto autem hoc sic possibile hec in vitas prima pte h et c xiii° Quinto in de vocatam vocemus Et hoc

collacio

viij 15ᵃ

fuga exteriorum occupacionum Omnia ut dicit Beda de templo Salomonis celestem innuat ordinis puritatem si in omni loco vel tempore nos ab actibus terrenis illicite Quietudinem eius sepius agere vel loqui vel audire solemus eadem necesse est sepius ad animum qui ad solitudinem et ipsam redeant secundum et hoc de secundo Cum ejecta esset turba Primo de petri ingressu et de eius progressu Consequenter videndum est de eius egressu seu anime a peccato recessu quo anima ad vitam gracie resuscitatur quod magis est ad propositum ~~thematis assumpti~~ Circa quod sciendum quod omnia que xpistus fecit in suscitacione huius puelle a morte corporali egisse ad literam describitur adhuc omni die in suscitacione anime a morte spirituali implentur Nam omnia ex illis Ewangeliste recolligendo reduci possunt ad sex Primum est quod deus tibicines et turbam tumultuantem eiecit per quod datur intelligi turbam cogitacionum et malarum concupiscenciarum in corde peccatoris tumultuancium eiece In corde enim peccatoris obnoxio non potest esse pax et tranquillitas quia non est pax impiis sed semper est ibi tumultuacio cogitacionum Omnia sic dicit Gregorius Si a domino mentis ad momentum recedit discedit sic fit in petracione peccati mox qui absente domina cogitacionum se clamor vel garrulla ancillarum turba multiplicat ut aut raro ad mentem redeat sed per primam mox confusio tumultuosa conquiescit huiusmodi autem tumultuositas consurgit ex duobus Primo ex suis ipsius vana consolacione quia peccator consolatur seipsum consolando in blandicionibus in cogitacionibus de vite longitudine et peccatorum voluptuositate de diviciarum habundantia et deliciarum affluencia de dignitatis magnitudine et finalis penitencie certitudine Tales cogitaciones qui sirenes alliciunt hominem perseverare in peccatis Tales signantur per tibicines qui sunt mali consolatores Et sic quidam dicunt tibicines canunt misires quoddam carmine lugubre cum cetero super funere ad reuissandum dolorem flentium In quo commendabant condicionem et virtuosa gesta defuncti Unde et philosophus dicit quod in placitacionibus et lamentacionibus quas super mortuos faciunt fit quedam delectacio in meditando qualis fuit mortuus dum vixit et que gessit Unde hic per tibicines signantur mali consolatores qui subrepunt hominem in cogitacionibus suis Talis tibicen fuit ille qui dicebat Luce xij Anima mea habes multa bona etc. Sed quod hec sit vana consolacio patet per illud quod sequitur dicit autem deus Stulte hac nocte repetent a te animam tuam etc. Secundo tumultus cogitacionum consurgit in corde peccatoris ex peccati prava inclinacione quia unum peccatum inclinat et trahit ad aliud sicut rotha rotam quia ut dicit Gregorius peccatum quod per

primam no dimitt' mox sing pondere ad aliud trahit Talibus dr ysie v.
Ve vobis qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis Ubi glo' crescit
iniquitas in funiculis trahitur qr peta connectunt ut fila aranearum que
licet inania sint si tn exire volueris tanquam solidissimis vinculis
tenem' Exemplum de musca Unde dt Gregor' in omelie ussitata culpa
obligat mentem ut e in primo pgressu et hoc sit in penam peti qr
ut idem dicit Gregor' xxv morl' Iusto iudicio deus cor peccantis
obnubilat ut precedentis peti merito etiam in alijs cadit ut qui ma
lum sciens perpetrat deinde iuste in alijs nolens cadit et sit sequens
petm non solum e petm sz etiam pena peti precedentis De talibus funibus
dicit ps in psona peccatoris Funes peccatorum circumplexi sunt me Et hec
circumplexio funium peccatorum signatur hic per turbam tumultuatem qe fuit turba
flentium eiulantium et plangentium ut dr in mar et luc Per quod signatur
q omnis consolatio et delectatio presentis vite corpis maxie qui sunt in
pctis semper permixta e dolore et tristitia prover xiiij Risus dolore
miscebitur et extrema gaudij luctus occupat Unde peccator ex corde
nunquam potest esse letus propter remorsum conscientie et timorem vehementem Ideo
dns volens suscitare animam mortuam primo de domo eiecit tibicines
vane consolationis et turbam tumultuatem prave connexionis peccatorum
Et attende q dns non eicit istos cum flagello sicut vendentes et ementes
de templo sz simplici verbo dicendo Recedite Ad innuendum q hec eiectio
que fit de corde peccatoris nequaquam fit sine voluntate hominis Recedere
enim et ire quedam voluntaria sunt licet interdum permixta Nam ad iustificationem
eius Christus solvit Hec Crisostomus // Sed quare hic Crisostomus quod Petrus
qui revelatione potitus erat et beatificatus a Christo fuerat ita alto respon-
dit Ro (?) etc filius dei et noverat sed misterium crucis non intelligebat
sathanas vocatur et vir per primum dicitur ex revelatione patris celestis
secundum ex revelatione carnis et sanguinis Item querit quare Christus non
correpit sic Johannem baptistam qui prohibuit eum baptizari Item quare
ita dure redarguit Petrum sic enim dyabolum redarguit supra
Ro ostendit se Christus esse occultorum cognitorem et ostendit ex
alio et alio affectu prohibitionis procedere Johannes prohibebat ex affectu
humilitatis et reverentia maiestatis et ideo instruitur sine increpatione Petrus
increpatur quia ex affectu inordinati amoris quo nimium ferveba(n)t non
... Christi audire poterat et ideo increpatur redarguitur tamquam
non despane Christi audire poterat et ideo redarguitur tamquam
reducibilis vade post me dyabolo vero adversaba(n)t ex affectu
malignitatis et ideo repellitur tamquam non reducibilis vade
retro sathanas // Sed hic possunt esse tres cause dubitationis
Prima utrum antequam Christus pateretur apostoli predicarent eum esse Christum
Ihesum Secunda utrum Petrus peccavit increpando Christum Tercia utrum
Christus de verbo Petri fuit scandalizatus // Ad primam questionem dubitationis
aliter Crisostomus aliter Ambrosius Nam ...
est Christum predicare et aliud Ihesum quia tu Christus es non dignitate
nomine regalis et sacerdotalis ungebantur namque reges et sacerdotes

Di bn (?)

potrant discipuli ante mortem eius cum predicare esse xpm nec tamen ihm
quia hic erat xpm videlicet saluator quamlibet fuit xpo in conceptu in eius
incisione virtute tamen ondit saluandi in passione vult ergo Jeronimus dicere
quod licet predicauerunt eum quantum ad omnes articulos et circumstancias puta
quod esset passurus et sub poncio pilato iudicatus et sepeliendus
et tercia die resuscitandus per que omnia nostram salutem operatus esset Cum
eum predicare saluatorem prohibuit apostolis Crisostomus vero dicit quod licet prohibicio
referenda est quia totum tempus quod fuit ante eius passionem in quo voluit xpc
quod predicaretur Jhesus vel filius dei propter scandalum passionis quia ut ait si
in cordibus hominum fuisset radicata fides de eius diuinitate quod esset filius
dei per predicacionem apostolorum cum postmodum vidissent eum pati et mori
fuissent scandalizati et perdidissent fidem de diuinitate eius et difficilius
postmodum talis fides fuisset in cordibus eorum plantata sicut patet de apostolis
qui sciebant et confitebantur eum esse dei filium videntes eum captum statim
scandalizati fidem diuinitatis eius perdentes. Sed Ambrosius dicit quod ideo precepit
discipulis ut nemini dicerent quod ipse esset ihesus xpc vel dei filius ad decipiendum
diabolum et fallendum diabolum qui sermone hoc appetebat sicut ex toto conatu
unde si apostoli predicassent xpm esse filium dei ante passionem eius impediuisset
passionem eius sicut per uxorem pilati conatus est impedire visis signis
leticie patrum sanctorum qui erant in limbo Ut igitur princeps tenebrarum
non eius lateret noluit quod per apostolos predicaretur ante passionem et
dato quod aliquando legatur ipsum appellatum esse filium dei per eum met aut
per apostolos seu per alios qui videbant eius miracula noluit tamen hoc publice
et frequenter per apostolos predicari vel propter scandalum passionis vitandum vel
propter dyabolum fallendum ut dictum est. Sed secundum est dicendum quod ex verbis
2 videtur petrum peccasse primo quia xpm increpauit contra preceptum apostoli De-
more ne increpaueris sed obsecra ut patrem Secundo quia scandalum fecisse
prohibetur idest dictum est sibi Scandalum mihi es et planum est quod scandalum
dictum vel factum mihi cum iuste sit est peccatum Tercio quia sathanas est appe-
llatus quod sonat aduersarius vel contrarius voluntati diuine peccatum est
Dicit ergo hilarius quod increpacio petri processit ex diuinali suggestione

humanitas … ut ad apostolos … [in right margin, cut off]

Suasit enim dyabolus petro ut xpm diceret se velle mori reprehenderet
ut si forte xpc petri reprehensionem reciperet et recusaret mori
cognosceret expressius eum esse purum hominem quod naturale communi homini
est fugere mortem. Et propterea voluit petrum excusare comparato aliquo
vero dicente xpm affectionem petri recepisse et ignorantiam a dyabolo
instigatam repulisse. Unde dominum secundum legitur istud dictum vade post
me sathanas scandalum mihi es ita quod prima pars intelligatur dicta petro
vade post me ac si diceret exemplo mee passionis sequere me mortem
sustinendo quod ego experior. Et secunda sibi auditur esse dicta dyabolo. Sa
thanas scandalum mihi es, quod tua suggestione facitur meum discipulum velle
contrarium voluntati divine mee. Sed licet postquam dixit [illegible] Et petrus incuriam recessit
[illegible] ergo xpm privata affectione quia cum petrus confessus fuerat
xpm esse filium dei pro qua confessione audierat beatus es symon
baryona quia caro et sanguis non revelavit tibi; quod beatitudinem non fuerat
consecutus volens privari tali beatitudine et volens destruere suam confessionem
qua dixerat xpm esse filium dei ~~pati et mori~~ dixit christo absit
a te domine quod hoc sit ac si diceret indignum est te pati et mori, quia
sic non esset verum quod tu esses filius dei sicut confessus sum nec ego reci
perem beatitudinem quam promisisti. Et talis affectio erat privata et humana
ideo audivit satan non sapis que dei sunt sed que hominum. Unde tu
talis amor privatus sit petrus quod secundum augustinum privatus amor
est quo omni bono privatur. Petrus constat saltem venialiter in omnibus
enim in quibus locutus est petrus secundum crisostomum ex se et non ut reve
lata sibi a patre celesti tractatu et scandalum passus est. Contrarium
est doctorum quam dubitatorum estimat origenes super hunc passum
dicens quod cum secundum prophetam pax multa sit diligentibus legem
no z dei et nullus scandalum non solum xpc scandalizatus est concretiam
u omnes perfecti viri existentes in carne scandalizari possunt unde ergo xpm
dicentes petro scandalum mihi es dupliciter exponitur primo quod sit dominus

Petro et tunc ait ei Scandalum mihi es, ac si diceret spiritu eciam re
(margin: prophet) tu dicis mihi illud quod mihi scandalum. Est enim scandalum dictum vel
factum minus rectum occasionem prebens ruine ad ambulandum in via dei.
Petrus ergo persuadens ut non reciperet mortem, que ex divino consilio ac-
ceptanea erat, dicebat dictum minus rectum et spiritum exse occasionem
prebebat ruine ipsi Christo in via dei, non quod ipse scandalizatus fuerit
in aliquo, sed petrus exse occasionem scandali prebuit. Secundo quod sit dictum
dyabolo et tunc est sensus Scandalum mihi es sathanas, quia tua
suggestione scandalizas meum discipulum petrum occasionem sibi prebens
ruine quando ab te instigatus persuadet mihi ut morti pro salute humane
nacionis non debeam in quo scandalizato ego scandalizabor
et ego pacior et scandalizabor iuxta illud apostoli Quis infirmatur
et ego non infirmor, quis scandalizatur et ego non uror. Tunc
(margin: Sequitur textus Tunc dixit) dixit ihesus discipulis suis Siquis vult venire post me abneget semet-
ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam
suam salvam facere perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam
propter me inveniet eam. Quid enim prodest homini si universum
mundum lucretur anime vero sue detrimentum paciatur. Aut quam da-
bit homo commutacionem pro anima sua. Filius enim hominis venturus est in gloria
patris sui cum angelis suis. Et tunc reddet unicuique secundum opera sua.
~~tunc~~ Amen dico vobis Sunt quidam de hic stantibus qui non
gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno
suo. Hic hortatur dominus ad sue passionis imitacionem, et primo ponitur ex-
hortacio, 2o confortacio ibi Qui enim voluerit animam suam. Hortatur autem
ad tria. Primo ad negandum semetipsum per renunciacionem proprie voluntatis, 2o ad tol-
lendum crucem per mortificacionem viciorum carnis ibi Et tollat, 3o ad se-
quendum se per contemptum habundancie temporalis ibi et sequatur me. Tunc scilicet post ob-
iurgacionem petri ihesus dixit discipulis suis Siquis vult venire post me
scilicet mea doctrina et sancta scriptura, dicit vero propheta Convocata turba cum discipulis
suis. Postquam dominus discipulis suis misterium sue passionis secreto predixit
convocat turbam cum eis et ipsos discipulos, quia omnes ad sui imita-
cionem ...

ut sic quasi petrus dixerat ... est ... et audivit vade retro
me sathanas ... dominus ... habundancia
voluit ... ibi ... effectum sue passionis

qsi dicet tu in dicis gratus esta t ca aut dicit t ipq ua fom incgsplic
diapac uacaud t z si uc saluai poterit ii pacatis zuaiatis uute ali
pinitatis

16

tom et pariis tollcautia inuitat Cu dicet noli phibe pas
siones qz optet sustine eas omis saluari voletes z ido hic ad os
gnalr loquit et omis hortar qz iuitatio pea ad omis ptinet
ul pmartiriu ul ppnaz vnd ait si quis uotat varitate
vot p3 me veni passini iutiore ad patiaz spriore et hij
g volt qz nemiez cogit s osulit et vniu quecz suo arbito
relinquit ut finiciu sit gratus dno et pmiu sit glosius
suo / vn Cp9 Cu aut saluator sit pius et benignus
nllu iuuitu et coactu vot hre famulu s spontaneos gras agetes
ei p famulatu Et ido nemiez cogedo aut nate imponedo s per
suadedo z bnfaciedo pmissos voletes attrahit / Et itm / Si quis anim
datt aut thanz exponet omis trent nulo mag adea q suf
ficit h Cp9 Et sbdt do9 Abnegz semetipm pppe volut re
nuciatom no tm sua ul suos s sem intlem suiu affcm suiu
sensu et tollat trem sua p mortificatoz corpis sui p cpassiom
pxiu et si nce fuit psustinea meu et sequat me sz me
lpus luce in interorz q fauore huanu me sequis duce copiar
q errore dyatu me expsptams iudicr in renunciatoe q tpale
quod recte ordo ut q vot sequi dum po abnegz semetip z sit
tollat cce sua ut p9 volutas ei9 sit pmpta adeciu in sericia sustij
nendaz / Et nond q ping lp tria pdidt ppt pcum sz liberta
te z felicite z dignitate que ta doz hic dns p tria reipare libte
tu dicat abnegz semetip felicite tu subdit ut tollat cce sua
digte cu addt et sequat me ul abnegz se isspitate et maliu de
clinado et tollat tce sua i adusite et bonu opando sequatur
me iute qformite et m9 in oia ordinacõe In vbis aut dni
potius excludut sex gna pne inutilis / et 3 pa violenta
q qp dt si quis vot / scda diminuta qz sz ho dat sua deo et
se nido q qp dicit abnegz semetip Tercio delicata qz sic vo
lut alq face pniaz ut tn nllaz senciat afflicom q qp dt
tollat cce Quarta 3 mutuata qu alq gloriant de passi
onib3 pxatiu ul sem suoz Quod vero uiq taliu fatue
q qp dicat sua no aliena Quinta montanea qu alq vna

die abstinet et alijs dieb*us* delicijs vacat cont*ra* q*uo*d d*icitu*r cottidie
Sexta e*st* simulata q*ue* e*st* ypocritaru*m* c*ontra* q*uo*d d*icitu*r et seq*ua*t*u*r me no*n* simo
rem mu*n*di Si quis etia*m* vult p*ost* me venire l*ucas* 9 Si quis velit
attinge*re* p*er*fectio*n*em vite xpiane faciat ea q*ue* seq*ui*t*u*r s*ed* abneget se
metipsu*m* et tollat c*ru*ce*m* sua*m* et sequat*ur* vbi tria exprimu*n*tur in q*ui*b*us*
p*er*fectio vite xpiane *con*sistit p*ri*m*u*m est sui abnegac*i*o s*e*c*u*nd*u*m cr*uc*is portac*i*o
a to t*er*c*i*um vite x*risti* imitacio. Circa p*ri*m*u*m sci*endum* q*uod* ad s*e*cu*n*d*u*m
1 optet hoiem tam abnegare s*e* sua *secundu*m illud si quis venit ad
me et no*n* renunciat o*mn*ib*us* que possidet no*n* p*otes*t meus esse disc*ipulu*s
et ~~semetipsum~~ suos s*ecundu*m illud si quis venit ad me et no*n* odit patre*m*
etc no*n* p*otes*t meus esse disc*ipulu*s et semetipsu*m* s*ecundu*m illud q*uo*d h*ic* d*icitu*r
Abneget semetipsu*m* s*cilicet* vetustate*m* et pecca*ta* abiciendo et ad me
liora se mutando vt desinat esse q*uo*d erat et incipiat esse q*uo*d
no*n* erat et alt*er* exaltos efficiat*ur* et p*er* c*o*nsequens talit*er* abnegando q*uo*d
plus e*st* q*uam* abnegare reb*us* suis et abicere. vn*de* prosp*er* quid eos
p*ro*dest q*ui* facultates suas abiciunt qui volu*n*tates p*ro*prias no*n* re
linquunt tu*m* sit longe p*re*stancias voluptatib*us* p*ro*prijs renun
ciare q*uam* reb*us* hui*us*mo*di* g*enera*cio renunciac*i*o d*icitu*r fieri o*mn*ib*us* desiderijs car
nis et mu*n*di co*n*cupiscencijs p*er*fecte reluctando et i*n* bonis actib*us*
*com*placencia*m* p*ro*p*ri*am vel hu*m*ana*m* captando s*ed* sol*u*m diuin*u*m honor*em*
i*n* o*mn*ib*us* que agim*us* intendendo ut sic vera*citer* possimus dicere
cu*m* xpo Non veni facere volu*n*tate*m* mea*m* s*ed* volu*n*tate*m* eius qui misit
2 me Circa ad s*e*c*u*nd*u*m sciend*um* q*uod* c*ru*ce*m* tolle*re* t*ri*plicit*er* p*otes*t intelligi
s*cilicet* p*er* carnis mortificac*i*o*n*e*m* p*er* p*ro*ximi co*m*passio*n*e*m* p*er* martiriu*m* sustine
ncia*m* vnde hylarius Sequi d*omi*n*u*s e*st* c*ru*ce*m* assumpta etia*m* p*ri*mo et
b si no*n* forte tu*m* volu*n*tate co*m*itacio*n*e Sed s*ecundu*m maximu*m* expo*n*
duo abstinentie *et* m*od*o sunt gra*ci*a v*nu*m corporale s*cilicet* a delacionib*us*
et alijs q*uo*d corpu*s* s*ui* vilit*er* reuocare ac violent*er* abstrahere
et cohercere Aliud sp*irit*uale quod e*st* p*re*ciosius et sublim*iu*s s*cilicet* motu*m*
animu*m* rege*re* et p*er*t*ur*bacio*n*es illi*us* placare impetu*m* vicio*rum* refrenare
et *contra* ea cottidie litigare ac rixa*m* quodamo ad i*n*teriore*m* homine*m*
co*n*spic*er*e h*ec* maximi h*ec* etia*m* dicere tollere p*otes*t *et* ali*ter* corpori d*icitu*r

vnomo de corporali et convenit mirabus Et phac ave intelligit
ome genus martirii scilicet mortis et cuiuslibet alterius pene vel pericli
pro xpo sustinendi animi temptacio et passio Tunc enim secundum Aug
Crucem verum tollimus quando penalitates quaslibet pro xpo voluntarie
assumimus Alio exponitur de martirio spirituali quod gerit religiosus
et perfectus de quo martirio dicit apostolus mihi mundus crucifixus est et ego
mundo id est secundum glosam mundi concupiscencie non habent in me locum sive
dominium vel mundus iam michi sic ingerit et ego eius sum fortis
Et non quod non sunt inter utrosque distinccio sibi crucifixum et se mundo
plerisque enim contingit ut homo mundum mente non teneat sed tamen mundus
eum in suis occupacionibus astringit et mortuus est homo mundo et mun-
dus eum qui vivus concupiscit dum in alio intentus in suis actibus
rapere credit Sed secundum Gregorium nec paulus a mundo gloriam querebat
nec ipse a mundi gloria querebatur Ideo et se mundo et sibi mundum esse cru-
cifixum gloriabatur Omnia autem tria in mundo que nobis dicuntur esse con-
traria et nobis crux ut dicit Johannes Omne quod est in mundo aut est con-
cupiscencia oculorum aut concupiscencia carnis aut superbia vite horum
trium contrario fit prima vota religiosorum qui sunt veri martires spiritua-
les primum ergo martirium consistit in temporalium voluntaria relictione secundum
in concupiscencie carnis reluctacione Et quanto forcior est ista pugna
tanto gloriosior martirii victoria Tercium in proprie voluntatis abdi-
cacione quia secundum Gregorium per obedienciam mactatur voluntas propria
et per victimam caro aliena Et ideo obediencia dicitur melior quam victi-
mas Solucio ad tercium de vite xpi imitacione scilicet quod xpum sequi
non aliud est quam eius vestigia imitari imitari et eius vite conformari
Christum autem imitari debemus triplici via quam nobis prestitit via paupertatis
in ingressu exemplum profundissime vilitatis sed in egressu humilitatis et
asperitatis Et circa suo ingressu religionis exemplum profundissime sinceri-
ssime paupertatis in progressu exemplum profundissime humilitatis sed in
egressu exemplum acerbissime penalitatis Et quod in hiis tribus debemus xpi
vestigia sequi Ideo adiungere eorum memoriam nos invitat dicens
Recordare paupertatis mee quantum ad primum et transgressionis mee et profunde

humilitatis quantum ad 2m et absinthij et fellis i. amarissime passionis
quantum ad tertium. Et hoc quod omnia in ipsis dicunt sectatores perfectionis celebri-
ter istud debent imitari et eius similitudinem conformari pro ut et hoc modo ad
tria reduci possunt. Secundum tamen bonum quod adeo recepit ut sue res exteriores
corporis proprium et ipsa anima quod omnia debet relinquere propter deum si volumus ipsius
Christi esse perfecti imitatores. Perfectus enim Christi imitator primo debet relinquere
1 mundum et omnes res temporales et etiam animi habitum omnium rerum tempo-
ralium et sollicitudinem penitus debet postponere. Hoc autem fit per voluntariam
paupertatem quam Christus altissime servavit quia in tota vita sua pauperrimus
2 fuit. Secundo debet relinquere corpus proprium quod quidem relinquitur tribus modis
1 primo per carnis maceratorem per quam corpus vigilijs ieiunijs et
orationibus atteritur ne caro lasciviat lasciviat et contra spiritum se erigat
2 pertinaciter non presumat. Secundo per temporalium commodi abiectionem quia
qui in hijs delicate nutrit servum suum s. corpus suum postea invenit eum contuma-
cem. Et ideo debet sub virga tenere ut magis subiciatur spiritui. Tertio per
3 penalitatum voluntariam perpessionem sicut apostoli et martires qui pro Christo
voluntarie sunt passi. Et omnia ista Christus fecit et se ipsum in exemplum
3 dedit. Tertio debet relinquere animam suam proprie voluntatis abdicatorem ut volun-
tatem suam ita divine voluntati conformet quod nichil aliud velit nisi solum
id quod divine voluntati beneplacitum fuerit. Hoc enim fecit ipse Christus qui dixit
non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Unde voluntatem
divinam ita habeas regulam et mensuram actionum omnium tuarum sic quod in omnibus
actibus et desiderijs tuis nichil concupiscas nisi quod honor dei inde impleatur
et in omnibus alijs tamen. Sed est sciendum quod nullus potest vivere vitam Christi nisi
etiam imitetur veram mortem Christi secundo sicut patet quod ex nimia caritate
se assumptam in carnis ... inclinat se ipsum exinanivit et passionis
claritati divine quia patri consubstantialis existit quo ad modum mori voluit
ita quilibet ad istam perfectionem tendens debet profundam humilitatem et plenarium con-
temptum sui sibi ipsi se ipsum usque ad nichil deiciendo et se ipsum nichil
reputando ut vere vivere possit soli deo. Hoc vero ad perfectionem vere tendens
debet se ipsum hoc est quod nichil habere a se ipso nichil reputare quod aliter ab
... puta deo dei quibus conformat vite Christi debet summe reputare et ad

15

sima diligencia custodire ut vere possit dicere cum apostolo vivo autem
iam non ego vivit vero in me christus unde de talibus mentibus perfectis sic
mortuis sibi ipsis dicit apostolus estis mortui estis et vita vestra
abscondita est cum christo in deo quia vita illa qua mens pro amore eternorum
et bonorum celestium perfecte vivit deo in patria illa est in spiritu ab
scondita quam propter necessitatem mortalis vite talis amor eternorum
et non incorruptus in presenti vita libere non potest sed hec evidenter appare
bit in vita beata ubi abiecto corruptibili eterne fruemur et in solo
deo iugiter delectabimur propter quod bene sequitur cum autem christus apparuerit
vita vestra tunc et vos cum christo apparebitis in gloria est autem sextum
quod mors ista spiritualis quando homo contemptum sui mortis sibi ipsi quibuscumque
condicionibus perficiat postquam est in se humiliter reputet se omnibus viliorem
crudus est quod hic verbis propriis fateatur tertium est quod etiam ab aliis
dici equanimiter paciatur quartum est quod homo exprimit sicut tamen ab aliis
contemptibiliter contractari quintum est homo non solum non doleat sed etiam di
ligat quod ab aliis contempnatur et omnes isti gradus propter despectionis
perfecte relucebant in christo. Sequimur ergo et non imitemur non dyabo
lum ut ambiciosi et superbi nec mundum ut cupidi et avari nec carnalem
appetitum ut voluptuosi et lubrici sed dominum Jhesum christum Unde cum dicitur
non sequitur ei quod necesse se abnegare necesse crucem tollere postquam vero sequitur
christum omnibus deo obediens et proximum diligens ac propter deum omnia susti
nens et faciens et malum declinans cuncta virtutes insistas propterea hac
ergo via ambula si vis cum sequi et cum eo gaudere in patria. Sed
heu pauci hoc dominum sequi volunt et tamen multi ad eum pervenire cu
piunt. Unde Bernardus domine pauci volunt ire post te omnes tamen
pervenire ad te nec quem nolit esse cum regnare cupiunt sed non compa
ti non curant querere que tamen desiderant invenire cupiunt te con
sequi ~~similiter~~ sequi optant crimina instorum non principia
corona / vera tamen via ad certe
Si quis volt venire post me etc. capitulo xvi^to laudabilis consue
tudo est peregrinis loca et distancia visitantibus ad reddendum spoliam
sacra

vel homines ydoneos ductores tam viarum diverticula cognita sunt
studiose comitatur et sine murmure et ut eorum servicijs receptus iter perficere
et ad terminum perfectum tuum salutem pervenire valeat, eiusdem ductoris con-
silijs acquiescere solet in omnibus et assentire. Nos vero quid aliud quam
peregrini sumus, et ad locum quem festa sanctorum dicitur / signum celorum tendimus
si id habere volumus Non habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus / du-
ctorem in nomine Christum habemus et sentiamus quia non tantum ductor noster sed et ipsa via est
Joh. xiiij Ego sum via Si tamen salutem adipisci desideramus et eum
omnimoda paciencia sequi oportet sequimur / Ad quod hortatur nos dominus in predicto capitulo
Luce ix dicens Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem
suam et sequatur me / Propterea sciendum quod ad perfectam christi sequelam tria sunt necessaria
que in dictis verbis dominus innuit Primum est animi vilitas ibi dicit Si quis
vir nos sequatur quia vilitate sui decenter dominum Job xxx Attinge si
vir lubens attinge est tercia despecta vilitate sed vir perfecte vilit
age et conforte cor tuum Et apostolus gal vult minus sequimur Salvatorem
venire post adsui sequela Andrea venit in vilem supportare
in andicas vilis Et lux gloriosa sit sequi christum ~~verbis~~ / hic
Et xpm Gla mag e sequi dominum valde tamen pauci sequuntur ipsum
vin bndq ordine ihesu christe quam pauci post te ire volunt tamen nemo
sit quod ad te pervenire nolit. concupiscere cupiunt sed non compati non
curant illud querere que tamen desperant possidere cupiunt te sequi non
tamen ita sit quod te sequi Et Salvator Mt vij dixit Angusta porta
et arta via que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam verbi gracia lege
sed in Reg in Sola domus Juda sequebatur David Et hic nota eum dicit
2 Si quis / 2o requiritur arbitrij libertas secundo dicit Si quis vult quod dicit neminem
cogo Augustinus audiat indicat deus suos fideles ut ei libere deserviant
unde apostolus in Cor ix Unusquisque prout destinat in corde suo non
ex tristicia aut necessitate. hilarem enim datorem diligit deus Et ideo dicit propheta
Eccl xv Apposuit tibi aquam et ignem / et ad quod volueris porrige
manum tuam Ante hominem vita et mors bonum et malum quod placuerit
ei dabitur illi Concordat glosa dicens vide quod non coactivum facit simonem

16

non enim dixit Si voluerit me sequi oportet vos sequi Sed si quis
Gu vult. Hic autem dicit plus attrahebat / qui enim auditorem libertati dimittit
magis attrahit quam violenciam infert nullo vero scrupulo impedit. Dicit
autem qui in coactis servicijs non delectatur hominem in sui libertate arbitrij
dimisit / sed Crisostomus Vo. de qua abducio constituit hominem et reliquit illud
in manu consilij sui vero per ysaiam i c dicit Si volueritis me audire bo-
na comedetis. Et hic notatur cum dicit vult / 3o requiritur vera cordis humili- 3
tas. Et hic notatur ibi venire post me Et sequitur dicit post me / non post
mea / nec ante me nec mecum / sed post me. Primo sunt quidam qui gaudent et de-
lectantur in terrena substancia et illi non vadunt post Christum / sed post ea quae sunt
ipsius / de hijs dicit Johannes vi Amen amen dico vobis queritis me / non quia signa
vidistis / sed quia ex panibus manducastis et saturati estis. Alij sunt qui
superbiunt de scientia sua / et illi etiam non vadunt post Christum / sed ante vo-
lentes preire Christum / de quibus dicitur ysaie v to. Ve vobis qui sapientes
estis in oculis vestris et coram vobis metipsis prudentes. Alij sunt qui confi-
dunt de maxima potencia qui etiam non vadunt post Christum sed volunt ve-
tus Christo eo quod confirmando in potencia Christo incipiunt assimilari Tales sunt
imitatores luciferi qui dixit ut habetur ysaie xiiij In celum conscendam
super astra celi exaltabo solium meum et similis ero altissimo Et ideo
quilibet talis odibilis est deo / sed Crisostomus Christo Cum potestate sibi assumit
in iuste odiet. Alij sunt qui exaltant et congratulantur in humilitate vera et illi
vadunt post Christum Alij enim sunt qui cordibus suis id est [illegible] inspexerit
doctum a domino [illegible] xi [illegible] discite a me quia mitis sum et humilis
corde Et quod [illegible] posse imitatur Ita quilibet [illegible] possit vere dicere
illud Job xxiij o Vestigia eius secutus est pes meus / De hijs quidem [illegible]
dicit Jere. ix Non glorietur sapiens in sapiencia sua Ecce quod nos debemus
preire Christum superbiendo de scientia sua Et non glorietur fortis in fortitudine
sua Sic in quo innuitur quod nos debemus ire ad Christum [illegible] extollendo de mundana
potencia Et non glorietur dives in divitijs suis In quo innuitur quod nos debemus
delectando in terrena substancia / Sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse me
quia ego sum dominus Sic in quo innuitur quod congratulatores in vera humilitate Christum sequi

debem9 velud hiulces s(er)vi d(omi)n(u)m suu(m). Et h(oc) c(om)mit(tit) cu(m) d(icitu)r qui vult post me
venire rec(ip)it s(ib)i i(m)p(e)ri(ti)s abdicatio. Et h(oc) no(tat) ibi Abneg(e)t semetip(su)m
p(ro)ut quo s(ib)i s(unt) Et ille abnegat semetip(su)m qui abnegat suu(m) i(n)-
tellectu(m) suu(m) affectu(m) suu(m) sensu(m) i(n)tellectu(m) racio(n)is affectu(m) volu(n)t(at)is
sensu(m) carnis Ita ut dice(re) possit cu(m) ap(osto)lo Gal ij^o Vivo
ego ia(m) no(n) ego vivit v(er)o in me xp(istu)s / Abnegacio intellectus fit
p(er) fide(m) / s(ed) abnegacio affectus p(er) cari(ta)te(m) / s(ed) abne(gatio) sensus fit p(er) sp(e)m
h(ec) e(ni)m q(ua)tuor / P(ri)mo imitator x(risti) d(ebe)t abnegare p(ro)p(ri)u(m) intellectu(m) q(uonia)m
1 valde p(er)iculosu(m) e(st) i(n) o(mn)ib(us) velle p(ro)p(ri)e i(n)niti co(n)silio dixit ap(osto)l(us) Eph
iiij^to Non ambulet(is) sic(ut) g(e)ntes ambulant i(n) vanitate sensus sui Et io
est q(uia) ut d(icitu)r Sap(ientie) xiij Vani su(n)t o(mn)es ho(min)es i(n) q(ui)bus no(n) sub est
s(cienti)a dei Et de hijs q(ui) no(n) vide(n)t bo(na) no(n) potuerunt intel(lige)re eu(m) qui
est Neq(ue) op(er)ib(us) attende(n)tes agnoverunt quis esset artifex Et io
d(icit) ap(osto)l(us) Ro(manorum) i. Et tradidit illos p(ro)p(ri)e vani i(n)me(n)tib(us) evanuerunt i(n) cogitatio(n)ib(us)
suis et obscuratu(m) e(st) i(n)sipiens cor suu(m) eor(um). D(icen)tes e(ni)m se sap(ientes) esse stulti
facti su(n)t / 2° d(ebe)t abnegare p(ro)p(ri)u(m) affectu(m) quo ho(mo) i(n)ordiate carne
2 p(ro)p(ri)am et t(er)rena s(ub)sta(nti)a(m) vel p(ro)p(ri)a diligit // Hic e(ni)m affectus multu(m) p(er)iculos(us)
est q(uo)d ho(mo) nimis a(rd)ore ad p(ro)p(ri)a(m) carne(m) afficia(tur) / vnde ap(osto)l(us) ij Ti(mothei) iij
In novissi(mi)s dieb(us) i(n)stabu(n)t t(em)p(or)a p(er)iculosa / et eru(n)t ho(min)es se ip(s)os
ama(n)tes volupt(at)u(m) ama(t)o(r)es mag(is) q(uam) dei habe(n)tes q(ui)de(m) sp(eci)em pietat(is)
v(ir)tute(m) aut(em) ei(us) abnega(n)tes Insup(er) p(er)iculosu(m) est circa mundu(m) et
mu(n)di s(ub)sta(n)ciam i(n)ordiate affici Et io dicit(ur) j Joh(annis) ij^o Nolite diligere
mundu(m) neq(ue) ea q(ue) i(n) mu(n)do su(n)t Siquis e(ni)m diligit mu(n)du(m) no(n) est
caritas p(at)ris i(n) eo Et Eccl(esiastic)i x^o d(icitu)r Nich(il) est iniquius q(uam) amare pecunia(m)
3 Tercio imitator x(risti) d(ebe)t abnegare p(ro)p(ri)u(m) sensu(m) i(n) s(e)nsum carnis p(er) que(m)
i(n) p(ro)posito p(ro)p(ri)a voluntas intelligi(tur) q(uia) q(ui)s illi vult subesse / q(uod) valde
da(m)nabile e(st) / Et io Eccl(esiastic)i xviij^o d(icitu)r Post co(n)cupisce(nci)as tuas ne
eas et avolu(n)t(a)te tua a(v)erte(re) / P(ro)p(ter) p(ri)m(u)m s(cilicet) p(ro)p(ri)i intellectus abnegacio(n)em ho-
mo abseq(ui)o x(risti) mancipat(ur) Vnde d(icit) ap(osto)l(us) ij Cor x^o Incaptivitate(m) redi-
gentes o(mn)em intellectu(m) i(n) obseq(ui)u(m) x(risti) / P(ro)p(ter) 2^m s(cilicet) abnegacio(n)em intellectu(m) p(ro)p(ri)i
affectus puritas vel mundicia c(on)s(er)va(tur) Gal v^to Qui x(risti) su(n)t carne(m)
sua(m) crucifixerunt cu(m) vicijs et co(n)cupiscencijs suis Et etia(m) p(ro)p(ter) p(ro)fectu(m)

xpiane vite attigit. Nam ait xpus per Ieronimum dicens Si vis perfectus esse va
de et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo
et cetera. Sed abnegacio propria fecit id est propria voluntate homo in summa libertate con
stituitur. De qua potest dici illud apostoli Ro. viii° Et creatura liberabitur a
servitute corruptionis id est ut non serviat rebus corruptibilibus in libertatem glorie
filiorum dei. Et nota quod dicitur abneget semetipsum. Tercio requiritur ar a 7
morum penitencie assumptio. Et hoc notatur quod dicitur Et tollat crucem suam cotidie
sicut dicit Gregorius Crux duobus modis tollitur primo quando propter xpum quis martiri
um sustinet. Talem tollebat crucem Paulus ad Gal. vi Ego autem
non solum alligari sed et mori paratus sum pro xpo. Et non tamen ille tollit
qui actu martirium sustinet sed et illi qui se ad sustinendum paratum
exhibent. Secundo quando penitencie onus assumitur et sic dicitur maceracio vel mor
tificacio. De primo dicit apostolus i Cor. ix Castigo corpus meum et in servitutem
redigo. De secundo Col. iii° Mortificate membra vestra que sunt super terram forni
cacionem immundiciam libidinem concupiscenciam malam. Tercio crux tollitur quando quis
proximo compatitur. Tale tollebat apostolus ii Cor. xi Quis infirmatur et ego
non infirmor quis scandalisatur et ego non uror. Primum pertinet ad martires b
secundum ad confessores tercium ad conjugatos et omnes bonos. Circa secundum sciendum quod ad
crucem bajulacionem requiruntur tria. Primum quod talis bajulacio sit sponta
nea non coacta unde dicit Tolle hanc sponte levem crucem. Si per tempus
in hunc steterunt et se tunc collo tuo sponte suspenderit et mors tua
obediens te lactaverit tibi ostendet hoc Paulus ad Gal. ... xpus
epistola. Secundo debet esse afflictoria unde dicit crux unde apostolus ii Cor. iiii
dicit Semper mortificacionem ihesu in corpore nostro circumferentes ut et vita
ihesu in corporibus nostris manifestetur. Tercio debet esse propria unde dicit suam id est sibi
conveniens vel competentem secundum veram vitam spiritualem. Dicitur enim Ro.
xii Racionabile sit obsequium vestrum et secundum culpe exigenciam Ro. vi°
Sicut exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem
ita nunc exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificacionem. Et ideo dicit suam
Supra quod Crisostomus Suam dicit Ne putes crucem xpi sufficere sine tua
unde apostolus Col. i Adimpleo ea que desunt passionum xpi in carne mea

Et sequitur dum est similiter i sibi competere tollere superfluosque qui statim
initio sue conversacionis via perfectionis aggrediuntur et ideo sepe ruunt quod significatur
quarto Regum in quod puer qui cum messoribus patrem in agrum per messo
res per ipsum percussit super caput eius et dixit caput meum doleo et
per eam mortuus est Tercio notandum Quoque plures sunt cruces ut in imitator
imitator christi utiliter crucem tollat. sed articulate ostendit quod crucem tollere
debeat & tollat crucem suam, i. sibi utilem quia eciam sunt cruces que non sunt utiles
Cruces in spiritu cruces de quibus in ewangelio legitur Prima latronis desperati
qui promeruit nec tamen eam perfecit et hec est crux diaboli quam peccatores accipiunt
sicut mancie et iniusticie huius crucis maior sunt tormenta Subli
mitas seu altitudo est presumpcio de se se plus estimare quam sit Ysaie
xvj^to Audiuimus superbiam Moab superbus est valde superbia eius et arro
gancia eius et indignacio eius plus quam fortitudo eius Contra tamen apostolus
dicit Ro xij^o Non alta sapientes sed humilibus consencientes Profunditas
est desperacio proverbiorum xviij^o peccator cum in profundum venerit contempnit
latitudo eius est carnalitas osee iiij^to Sicut vacca lasciviens declinavit
israhel non pascet eos dominus in latitudine longitudo est pertinacia in malo
Gen xlix Maledictus furor eorum quia pertinax et indignacio eorum quia
dura hanc crucem imitator christi tollere non debet sed fugere Secunda Crux est
latronis penitentis quam promeruit et perfecit luce xxiij Nos quidem digna
factis recepimus etc hec est pena in qua quis penitens meruit penam hic
in penitencia Job vi hec sit mihi consolacio ut affligens me dolore
non parcat Altitudo huius crucis est spes venie Job xiij Eciam si
occiderit me in ipso sperabo Profunditas timor pene Job ix Ve
rebar omnia opera mea sciens quod non parceris delinquenti lati
tudo est caritas Ro v Caritas dei diffusa etc longitudo est
perseverancia Mathei xxiiij Qui perseveravit usque in finem hic salvus
erit Tercia crux est christi quam non meruit et perfecit prius Crucem
non rapiebam tunc exsolvebam hec est crux perfectorum Altitudo est
contemplacio Philippensium iij^o Nostra conversacio in celis conversacio in celis
est Profunditas contemptus mundi philippensium iij^o Omnia arbitror ut stercora etc

Latitudo perfectionis dilectionis per latam mansuetudinem nimis
longitudo assiduitas orationis. Luc. primo oportet semper orare in
hac cruce perfectionis hoc mereri de se liberacionem a peccato sicut Christus de
cruce et gloriam sibi eterne beatitudinis. 2am crucem scilicet penitencie et etiam
etiam tolle duplicem tamquam utiles ad salutem. Dominus huius crucis
primus gradus perfectionis est abnegacio concupiscibilium de quo dicitur
abneget semetipsum. 2a paciencia adversorum de quo sequitur tollat
crucem suam. primo quidem concordat prima beatitudo ait v beati pauperes
spiritu. 2o concordat ultima scilicet beati qui persecucionem paciuntur. Ad in-
nuendum quod in istis duobus summa perfectio consistit. Et ideo ait ut
premium primum eis assignatur scilicet ipsorum est regnum celorum. Secundum signum
crucis propter hoc signum scilicet crucis bajulacionis distinguit suos milites
a militibus diaboli. Et ideo reprobos qui hoc signum non bajulant
confitebatur se non cognoscere in iudicio de illud Matth. xxv Amen
dico vobis nescio vos. Super quod loco dicit Crisostomus in persona Christi
pater cognoscit filios suos per ymaginem et similitudinem suam rex
cognoscit milites suos per arma et vexillum suum pastor
cognoscit oves suas per signa sua magister cognoscit discipulos
suos per doctrinam suam. Ego autem non cognosco discipulos suos
vos tamquam pater filios quia ymaginem meam non habetis scilicet mun-
dam et puram sed maculatam et denigratam. Tren. iiiito denigrata
est super carbones facies eorum et ideo non sunt cogniti in plateis
scilicet curie superne. Nec cognosco vos tamquam rex milites
meos quia vexillum meum non portatis unde ait Christus qui non
accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Et ait xxiiii
dicitur apparebit signum filii hominis in celo in celestibus hominibus scilicet
militibus Christi. Nec cognosco vos tamquam pastor oves suas
quia signum meum abiecistis. hoc signum est infusio gracie spiritus sancti
sancti quo oves Christi signantur. Ephes. i credentes signati
estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre
Et ad Ephe. iiii Nolite contristare spiritum sanctum in quo signati estis
in die redemptionis. hoc signum reprobi non habent unde Apoc. xxiiiito

decem dicit ipsi fuerunt rebelles lumini i. gratie Nec cognosco vos
tamquam magister discipulos meos quia doctrinam meam non servastis
nec ad me operibus perfectis divertistis Recede a nobis scientiam viarum
tuarum nolumus Job xxi Et ego Amen dico vobis nescio vos
6 Sexto requiritur bone et recte intencionis ad deum directio Et ostenditur
notatur ibi Et sequitur me Et nota addit Ideo quia plures
vite mortificationes tulerunt sed non propter deum sed favorem hominum et
laudem humanam Sic etiam plures se et sua abnegaverunt sicut
Socrates qui massam auri proiecit in mari et tamen ad salutem
ei non profuit quia propter deum hoc non fecit Debemus ergo nos et
nostra abnegare et crucem tollere et Christum imitando alias virtutes ac
cumulare alias ad salutem nobis non proderit Ideo dicit et sequitur me
sicut ducem itineris qui duco per viam mundam castitatis et viam se
curam paupertatis Proverbiorum iiij^to Vie eius vie pulchre et omnes se
mite eius pacifice Et qui duco per viam rectam iusticie
Ysaie xxvi^to Semita iusti recta est Rectus callis iusti
ad ambulandum Et qui duco per viam curtam humilitatis via enim
humilitatis breviter ducit ad salutem Figura huius 2^i Regum xviii Cu
currit Achimaas per viam compendii et venit citius quam Chusi ad
David Achimaas interpretatur fratris assumptio et significat humilitatem
quam frater noster Christus assumpsit hec compendiosa via ducens ad regem
David Chusi interpretatur tenebras meas Et est superbia que
non ducit ad Christum Et qui duco per viam luminosam caritatis Proverbiorum
iiij^to Iustorum semita quasi lux splendescit Et ideo dicit sequitur me Et
Recolligendo breviter omnia dicta Tunc in verbis Christi premissis
excluditur sequela crucis quia non voluntarie penitentie secundum enim hoc penitencia est
violenta Contra hoc dicit Si quis vult per voluntatem [illegible]
tibi Crux talis penitencie tu innuitur et violencia significat

p(er)te latro(n)is sinistri // 2a diminuta q(ua)n(d)o s(cilicet) ho(mo) dat p(ar)te(m) sua(m) deo
et p(ar)te(m) mundo vel dyabolo Crux talis penitentiu(m) figatur
p(er) crucem Jude proditoris qui p(ar)te(m) sua(m) dedit deo p(er) vo(tum) suspendio
interimens dedit dyabolo Mat(hei) xxvij p(ro)iectis argenteis
i(n) templum abijt et laqueo se suspendit Contra hec d(icitu)r Abneg(et)
semetip(su)m p(ro)ue(r)b(iorum) xxiij° fili p(re)be m(ihi) cor tuu(m) / 3a dilatata
q(ua)n(do) aliquis sic valuit face(re) p(e)n(itenti)am ut nulla(m) sentiat afflictio(n)e(m)
Crux t(a)l(iu)m figat(ur) p(er) Symeone(m) Cyreneu(m) qui licet crucem
d(omi)ni baiulabat in ea t(ame)n no(n) co(n)figebat(ur) Contra hec d(icitu)r Et tollat
crucem sua(m) Gal(athas) 2° xp(ist)o co(n)fixus su(m) cruci // Certa inimica
ta q(ua)n(do) aliq(ui) gloriant(ur) de passionib(us) patru(m) vel fratru(m) suor(um)
ip(s)i v(er)o nichil tale faciunt Crucequid(em) (con)siliaco seu iactancia
ex ambitione vel honore appetitu p(ro)cedit Crux t(a)lium p(er) crucem
Absolonis sig(ni)ficat(ur) / 2° Reg(um) xviij qui in quercu suspensus
interijt Contra hec dicat(ur) sua(m) no(n) aliena(m) Joh(annis) viij° Si filij
abrahe estis op(er)a abrahe facite // 5ta momentanea s(cilicet)
cu(m) quida(m) penite(ntiam) incipiu(n)t et no(n) (con)summant Crux t(a)lium
signat(ur) p(er) crucem p(ri)ncipu(m) filior(um) isr(ae)l quos moyses (con)tra sole(m)
suspendebat Contra hec luc(e) ix addit(ur) Cottidie // 6ta simu-
lata que yppocritar(um) est signat(ur) p(er) crucem pistor(is) pharaonis
Gen(esis) xl Contra hec d(icitu)r / Et seq(ua)t(ur) me no(n) fauore(m) mu(n)di Joh(annis) x°
Oues mee voce(m) mea(m) audiunt et ego cognosco eas et seq(ua)ntur
me s(ed) p(er) via(m) caritatis de qua i(n) Cor(inthios) xiij° Adhuc excelle(n)-
tiorem viam vobis demonstro i(d est) caritate(m) hec faciunt etc.

textus (Qui eni(m) voluerit a(n)i(m)a(m) sua(m) salua(m) face(re) p(er)det ea(m) // posset aliquis
dice(re) Crucem de p(ar)te mea tolle(re) et xp(istu)m imitari q(uia) e(st) racio istius
d(omi)n(u)s h(abe)t (con)sequ(enter) h(ic) r(espon)d(et) / Et assignat t(ri)plice(m) racio(n)em assume(n)de
crucis / p(rim)a sumit(ur) ex (con)sideracione mali et p(er)iculi q(uo)d no(n) tollentes crucem
i(n)curr(u)nt Et h(oc) tangit cu(m) d(icitu)r Qui eni(m) voluerit a(n)i(m)a(m) sua(m) salua(m) face(re)
p(er)det eam / vt Gor(ius) i(d est) qui voluerit vita(m) sua(m) amare hec p(rese)nte

vitam alimentis indigentem tempore persecutionis saluare magis
quam me constanter confitendo ut nunc passionibus et morti exponere. Potest eam
in vita sua ut si relacio primo. Potest insuper intelligi constitucio qua incurrit mor-
tem eternam. Et ergo ait X. Cristus confortans milites suos dixit: Nolite ti-
mere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Sed pocius
timete eum qui potest corpus et animam perdere in gehennam. Et hic exponitur de
dementibus. Alio modo exponitur de penitentibus. Qui vero animam suam in vita sua
animalem saluam facit ideo in presenti vita delicate fruat et non sic re-
penitendo et primo eius concupiscencias per disciplinas refrenando perdet eam
in futuro in eternum eternum interitum. Unde apostolus Ro. viij. Debitores sumus
non carni ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini.
enim. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quo patet quod
tempore primo species quod est mirum unde hugo de sancto victore. Postquam enim persecu-
cione cessante eterna pace consecuta est successerunt miribus confessores
qui licet mori tamen diuturno mirio animas posuerunt. Cum enim draco
prostrata martirum videt multiplicacionem eterna fecit paci sanguis
sanguinis exactus est satis. Sed diuus compleuit eum castitate sua. Et
enim totidem martirum inueniunt ubi ... tortor et
... corpus imprimis igitur martirum immo plus tortor in spiritu quam
... corpus imprimis igitur enim martirum ... constabat gladium miri
tamen pena tortoris. Sed dicitur nouo genere martirum ... gladium
miris a corpore tamen ... gladium tortoris in spiritu hoc genus miri
spiritu carnis facta mortificaret et illo mirio quo membra ferro ...
horrorem sit minus et tamen diuturnitate molestius. Alio modo sic exponitur. Qui
vero animam suam saluam facit in futura vita perdet eam in passionibus et morti
eam exponendo in presenti vita. Et sic res perdita transit in dominium alienum
sic animam tua tuffeat ... perdita in dominium alienum ut non tibi
sed Cristo viuat ... Cristo moriaris ... Nemo enim sibi viuit
et nemo sibi moritur ... sive viuimus siue morimur domini sumus. Unde glosa
frumentum ... Bonum ergo est perdere sub
spe magni lucri et sic bonum est perdere ... vita eterna vita
et per oppositum est male saluare presentem vitam et perdere per eternam vitam
... quo dicit ... Qui vero animam suam saluam facit perdet eam. Tandem hic dicitur. Liberorum

Laborum absinuatores et morum neglectores. ypocras et sequaces eius docent animas
saluas facere xpc vero per que nam vos e duobus ingenium eligitis unum
quemque enim loquela sua manifestum facit / ypocras enim sic disputat
hoc oculis hoc capiti hoc stomacho hoc pectori nocent / xpc vero e contrario dicit displi-
cet et enim unusquisque quod a suo didicit magistro hoc profert in medium Un-
quid enim de esculapio aut in prophetis vel apostolorum scripturis has dietas inve-
nies. Certe ypocras et galienus plane has revelauerunt sapientia non spiritus sed
sapientia carnis que inimica est deo Ro viii Epicurus et ypocras alter corporis
voluptatem / alter profert bonam habitudinem, Jesus vero magister noster utrisque
contemptum predicat et quod isti inquirere Salvator noster docet perdere / unde scriptum est Qui
autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam C agit 2a ro quia sunt ex
consideratione boni temporis quod illi consequuntur et acquirunt qui crucem suam tollunt
et xpm imitando de quo dicitur / Cum autem perdiderit animam suam per tribulationem et mor-
ti si necesse fuit se exponendo vel pro primo tempore patiens se affligendo / propter me
et animam quam contra mea mandata faciat si id peccatis cum propter te mortificamur to-
ta die. Inveniet eam scilicet in futura gloria. Ubi nondum in corpore. Ergo pro afflictione vel
passione dualitatis nec tamen sat bona primo facit invenire animas Unde apostolus ij
Cor iiii id enim quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre supra
modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis / 2o facit possidere
animam Luc xxi In patientia vestra possidebitis animas vestras / 3o facit salvare
animam Joh xii Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit
eam. Inveniet autem animam pro renovatione et hec a penitentibus possidetur per
perfectos / et hec a proficientibus salvatur pro glorificatione et hec a perseverantibus
Et hoc est quod dicit Inveniet eam q. d. sed longo pro modico perdidit vitam
eternam Sicut illud inventum dicitur quod pro parvo precio habetur. Unde poeta pro
nichilo habuerunt terram desiderabilem. Et ad Ro viii Non sunt condigne
passiones ad futuram gloriam. Inveniet eam sicut thesaurum reconditum apud
deum / unde apostolus ij Thimo ij Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum
meum servare in illum diem. Instruit inde Stultus esset qui domum suam quam
